

DISPUTATIO
DE
JURE DOTIUM

QUAM
FAVENTE DEO
INDULTU NOBILISS. Jctor.
ORDINIS
SUB PRÆSIDIO
NOBILISS. AMPLISS. CONSULTISS. EXCELLENTISS.
U I R I

DN. GOTTFRIDI SUEVI, JCTI
ET ANTECESSORIS IN ACADEMIA WITTE-
BERGENSI CELEBERRIMI, CURIÆ ELECTORAL.
FACULTATIS JURIDICÆ ATQ. SCABINATUS
ASSESSORIS EMINENTISSIMI.
PATRONI SUI ET PRÆCEPTORIS
ÆTATEM DEVENERANDI
PRO VIRIBUS DEFENDET

DIETERICH COCH.

GUSTROVIO - MECKLENB.

AUTOR.

AD DIEM 8. MART.

IN AUDITORIO JCTORUM.

WITTEBERGÆ,

Typis Johannis Haken. Anno M DC LIV.

THEOLOGO' INCOMPARABILI

Reverendiss. Magnifico, Excellentiss. Viro

DN. JOHANNI HULSEMAN-

NO, Doctorii, & Professori Academiae Lipsiensis celeberrimo, Praeposito Cizensi, Canonico Numburgensi, ad D. Nicolai Pastori, Electoral. Consistorii Assessori, Nationis Saxonicae Seniori, Electoral. Alumnor. Ephoro, Academiae Decem-Viro &c.

Magnifico, Nobiliss. Excellentiss. Viro

DN. JOHANNI MACRINO,

Jcto, Sereniss. Mecklenburg. Ducis Domini DN. ADOLPHI FRIDERICI Consiliario eminentissimo, Reip. Lunaburgens. Consuli prudentissimo, Hereditario in Custodia Timbtenberg/ &c.

NEC NON

Amplissimo, Excellentiss. Prudentissimo Viro,

DN. IOHANNI BÜGGEN/

Jcto, Reip. Torgoviens. Consuli gravissimo,
Cognato.

*Dominis suis, Patronis & Promotoribus summae
observantia dignissimis*

Primitias haec Juridicas

*Cum voto aeternae in Deo felicitatis perennem eorum favorem
anbelans*

dat

dicit

consecrat

Dieterich Coch.

THESES PRIMA.

Superbiae Conjugalis duos quis neget esse stimulos: DOTEM & FORMAM? Providerat hoc quoad dotem Lycurgus, cuius lege cautum fuisse testes sunt Plutarch. *Inst. Lacon.* *Ælian. lib. 6.* Justin. *lib. 3. c. 4.* Petrarch. *l. 3. Rer. memor. tr. 2. c. 39.* ut indotatae nubent, ne pecunia, sed uxor eligeretur. O aureum seculum, quando nec filia, ne à Patre vivo exhaeredaretur, metuendum; nec Patri morienti, quod indotatam relinqueret, dolendum erat! *Anton. de Guevar. in Horol. Princ. l. 2. c. 11.* Nam & verè multis in ædibus uxor non viro, sed pecunia nubit avaritiæ, ut non ineptè opimam dotem licentiam Conjugis, franum viri magno auri pondere corrupti, & perpetuam subjectionem dixeris. Hoc est quod Aristot. *lib. 8. Eth. Nicom. c. 12.* scribit: *ἐὶς ἴσας ἀρχῶσιν αἱ γυναῖκες ἐπιληροῖσθαι.* Et ut fidem mihi tribuas, ob oculos tibi revoca non infimæ sortis hominem, aut rudem, sed Philosophum, sed Principem. Nam neque Principes & Reges hoc genus injuriæ evadere potuerunt. Aurelius Antoninus, qui Philosophi cognomen ob imperium non omisit, cum adulteria nosceret uxoris, faventis etiam linguæ non evasura censuram, amicis, ut eam occideret, vel saltem nuncium illi mitteret, hortantibus regessit: SI UXOREM DIMITTIMUS, REDDAMUS ET DOTEM. *Petrarch. lib. 1. de R. U. F. dial. 68.* Dos autem erat imperium, *Petr. lib. 2. de R. U. F. dial. 12. circa fin.* Via enim est per matrimonia ad imperium *Arn. Clapmar lib. 4. de arcan. Rerumpp. c. 8.* Aliter Plaut. in Amph.

Non ego illam mihi dotem esse duco

Quæ dos dicitur, sed pudicitiam.

Ita obseratis auribus ab Amicis fusæ preces! Rectius sane *Hom. lib. 11. Iliad. ----- ἀγαθὴ δὲ παρὰίφασίς ἐστὶν ἑταίρη.*

Ita dos ingentis Viri animum obfuscaverat, ut nutum dominæ suspensus observaret, & vagis illius amplexibus conniveret

Λ 2

ma,

mancipium, non maritus, non Princeps. Scilicet in regno avaritiae nihil damno ascribitur, modo salva sit pecunia. Verum nihil pejus est, quam dum malarum qualitatem rerum quantitas adjuvat & numerus. Omne bonum ibi perditur, primum omnium libertas, mox ex ordine quies, gaudium, & quod maximum est Conjugalis vitae decus CONCORDIA. Jacturae ingentes!

--- Οὐ μὲν γὰρ τὸ γέ κρείσσον καὶ ἄριστον,
Ἡ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχῃτον.
Ἄνῆρ ἠδὲ γυνή· πολλὰ ἄλγεα δυσμενέεσσι,
Χάρματ' αὖ δὲ εὐμενέτησι· μάλιστα δέ τ' ἐκλυον αὐτοῖ.

ut Hom. canit *lib. 6. Odys.* Quicquid autem sit, non ideo Lycurgi sententiam probaverim, cum Reip. interfit mulieres salvas habere dotes. *l. 2. ff. de jur. dot.* Sicut enim finis est belli, ut pacem habeamus, quo plerique abutentes explent vindictam, satiant ambitionē, coedibus crudelem animum pascunt, religionis titulo regiones affectant: ita multi perverso judicio ducti avaritiae aestibus irritandis inventam esse dotem putant. Imò putant! Tot sunt hominum varietates, nec major mentium similitudo, quam frontium. Nisi matrimonii oneribus serviat, dos nulla est. *l. 76. ff. de jur. dot. Hug. Donell. Comm. Jur. Civ. lib. 14. c. 4.* Et licet dotis constitutio hodie non saltem Romanis, sed & populis moratioribus omnibus habeatur actus Reip. necessarius; verum tamen hoc modo est quoad actus istius substantiam, non verò quoad illius speciem. *D. Henr. Hahn. observ. ad ff. p. 2. tit. de jur. dot. n. 1.* Sed ad rem ipsam his I. Lipsii verbis *in pr. lib. 1. Polit.* utens propero: Tu mihi Dux magne Deus, & manum hanc, mentemq; dirige, ut salutaria videam, dijudicem, promam!

II. Juxta Galeni præceptum δὲ πρῶτως ἐξετάζειν τὰ ὀνόματα. Quippe verborum prior, rerum potior est interpretatio, *Joh. Oldendorp. tr. de usucap. & præscript.* Dos autem dicitur à dando. *Roch. de Curt. tr. de jure Patron. p. 3. caus. 2. n. 3.* Alii dotis nomen Latinos à Græcis accepisse affirmant, nimirum à verbo δίδωμι, unde δῶς, idem quod δόμα seu δόσις. *Georg. Obrecht. Disp. de dot. th. 16. 17. Reinh. Bachov. ad Disp. 7. Treutl. vol. 2. th. 1. lit. a. Δῶς ἀγαθή. Hesiod. in ἔργοις.*

III. Vo

III. Voculâ dotis quicquid nobis præcipuum sive à natura, si-
ve ab hominibus conceditur notamus. *Anton. Guib. Costan.*
Comm. de dot. cap. 2. n. 1. Obrecht. d. l. th. 8. Inde dotes animi &
corporis *Roch. de Curt. d. l. n. 4.* Ovidius:

Ornata est, dotes exhibet ipsa suas.

Hier. Treutl. *Disp. de J. D. th. 1.* ut & alii male citant locum
illum *Genes. 30.* quando generatim quicquid datur dotem dici
probare volunt. Sed cum voces ex ore primi semper autoris
clarius sonent, inspici velim textum Hebræum. Quin etiam
ad res inanimes præter alios Jcti vocabulû dotis transtulerunt
l. 52. §. 2. ff. de fidejuss. & mandat. l. 2. §. 1. l. 20. §. 1. ff. de instruct.
vel instrum. leg. Arnold. Bootius autoritate Plinii dotem mar-
garitarum omnem in candore, magnitudine, &c. consistere scrip-
sit. *l. 4. animadv. sacr. c. 3. sect. 4.* Nec inconcinna est illa Pon-
tificum locutio, qui largitiones in fundationem (ut dicitur) &
constructionem sacelli factas dotem Ecclesiæ plerunque voca-
runt. *Bald. Nov. tr. de dot. in pr. Costan. ibid.* Sed & alio quodam
modo dos circa matrimonium spirituale pro dote puellæ in-
trantis monasterium accipitur. *Bald. Nov. ibid. Pbanucc. de Pha-*
nucc. Comm. de lucr. dot. in explic. prim. verbor. rubr. de dote n. 3.

IV. Hoc autem loco dotem proprie & stricte (ut verbis utar
Bald. Nov. d. l. n. 12. Obrecht. Disp. de dot. th. 15.) accipio pro eo
quod marito ad sustinenda onera matrimonii *l. 20. C. de jur. dos.*
l. 7. l. 76. in fin. ff. cod. à muliere, vel alio pro ea datur. *Anton.*
Guib. Costan. de dot. c. 2. n. 4. Hac enim ratione mulieres facilius
nubere possunt, *l. 2. ff. de J. D.* quod Reip. interfit procreari sobo-
lem, & repleri liberis Civitatem, *l. 1. ff. sol. matr. vid. th. 61.* Et
hæc dotis appellatio non refertur ad ea matrimonia, quæ con-
sistere non possunt. Neq; enim dos sine matrimonio esse pot-
est. Imo esse potest, opponit Gothofr. *ad l. 3. ff. de jur. dot. lit.*
1. Sed facilis est responsio. Ubi cunq; igitur matrimonii no-
men non est, nec dos est, *l. 3. ff. de jur. dot. l. 1. §. 3. ff. pro dot. l. fin.*
C. de donat. ant. nup. Jacob. Butrigar. tr. de dot. n. 13. 14. 15. it. n.
24. Matrimonium tamen sine dote esse potest *d. l. C. de don. ant.*
nupt. l. 11. C. de repud. Cunr. Rittershus. inst. de donat. §. penult. Hanc
Græci $\Phi\epsilon\gamma\eta\upsilon$ dicunt, interdum $\pi\pi\omega\iota\chi\alpha$ ut cum Demosth. ait:

A 33

ὁ νόμος

ἰσὺς κελύει, εἰν ἡς ἀποπέμπη γυ αἶμα, ἀποδίδοναι τὴν
προίκα Eodem utitur vocabulo Theophil. *Inst. quib. al. lic. vel*
non cum ita tradit: γυνή τις αἰδρεῖ σὺν προίκα πρὸς γάμον,
ἐπιδέδωκε διάφορα πράγματα λόγω προίκος. Eadem saepius oc-
currit vocula apud Theophil. *inst. de inutil. stipul. §. 13. ut & inst.*
de leg. §. 15. Latè præterea, latius & latissimè pro matrimonio
carnali constituta dos quomodo usu veniat, explicavit Bald.
Nov. d. l. n. 13. 14. 15. & seqq.

V. Definitionem dotis à Varrone traditam propter hominis
autoritatem se diu secutum testatur Hotom. *disp. de dot. in pr.*
quam tamen postea auctori reliquit. Hinc ego compulsus, ut ju-
dicio judicarem alieno, quod qui facit, jam non ipse judicat,
sed iudicata commemorat, eam defendendam suscipere nolui,
licet probè noverim, nomine pecuniæ tam corpora, quam jura
contineri, *l. 222. ff. de V. §.* Hoc non attendit Hotoman, magis
fortean inclinans in Aristot. sententiam, qui *lib. 4. Ethic. Nicom.*
cap. 1. χρήματα vocat, ὅσων ἡ ἀξία νομισματικῆ μετρεῖται. Ulpia-
nus simpliciter dotem patrimonium mulieris nuncupat, *l. 3. §.*
5. ff. de minor. unde sumpta videtur appellatio ein Brautschak/
Joh. Oldendorp. C. 4. ad. 26. in pr. Pene enim mulieribus tota
substantia in dote constituta est *l. 12. C. qui potior. in pign.* Pene
dicit Justinian. propter bona paraphernalia. Habet enim uxor
triplicia bona, *Mynsing. inst. de excus. tut. vel curat. ad §. iidem*
rescripserunt. Everh. Bronch. Cent. 1. misc. controu. assert. 27. A-
zonis definitio non placet Bartholo, *Constant. Roger. tr. de dot.*
arg. 1. n. 1 2. Fuit hic ille Azo, qui occasione. *l. 31. ff. de pen. fa-*
tu n sanguineum experiri coactus fuit, D. Fibig. Disp. 1. Colleg. Le-
gal. qu. 5. n. 7. Bartholi non arridet Bald. *Nov. de dot. p. 2. n. 1.*
cum eam sex argumentis reprobet. Neque hanc admittit Con-
stant. Roger. *d. l. n. 14.* quod Bartholus dicat: propter onera ma-
trimonii supportanda, quæ tamen præcipua est differentia no-
ta, ut Hotom. probat *l. 16. in pr. ff. de castr. pecul. l. 65. §. ult. ff. pro*
socio. l. 56. §. 1. ff. de jur. dot. Contra magis communem esse Bar-
tholi opinionem multi statuerunt, quos magno numero recitat
Phanucc. de Phanucc. *comm. de lucr. dot. in explic. prim. verb. ru-*
bric. de dote n. 7. Anton. Guib. *Costan. Comm. de dot. cap. 2. §. 4.*
suam

suam definitionem probam esse, similemque ei quam Tubero
 apud Ulpian. de peculio prodidit *l. 5. §. ult. ff. de pecul. judi-*
cat. Huic non absimilem proponunt Roch. de Curt. *tr. de jur.*
Patronat. p. 3. caus. 2. n. 1. Joach. Mynsing. *inst. de donat. §. 3.*
 Phanucc. de Phanucc. cum Azone tenet, res ipsas dotales dotem
 esse, non jus, *Comm. de lucr. dot. ad dict. verb. rubr. n. 12.* Joh.
 Campeg. huic non obscure contradicit *tr. de dot. p. 1. q. 1. 4.*
 Matth. Wesenb. in *Commentario Juris, quem Oeconomiam vocat,*
 dotem esse dicit substantiam mulieris *ex l. 12. in pr. C. qui potior*
in pign. Arnold. Corvin. dotem jus in re esse defendit *aphorism*
ad tit. ff. de jur. dot. & cum eo Hieron. Treutl. vol. 2. disp. 7. th. 1.
 Repugnat hisce Bachov. *ad Treutl.* quod genus illud doti non
 conveniat. Illam, quam Obrecht *disp. de dot. th. 23.* cum Duare-
 no, Cujacio, & aliis proponit descriptionem, vix accipiet Ho-
 tomannus, cum quoad genus cum illa Varronis coincidat. D.
 Joach. Schnobel. *disp. 14. ad ff. th. 18.* cum Zasio, Donello, & Bo-
 cero dotem describit, quod sit res, quæ ex parte mulieris viro ad
 onera matrimonii facilius sustinenda concedatur.

VI. Ausimne vero ego inter tot & tantos viros hiscere? Parata
 temeritatis suspicio! Vix enim deerit, qui objiciat: Complo-
 sis in littore manibus sedenti facile esse ferre, quam velit, de gu-
 bernatoris arte sententiam. Tum etiam me movet, quod tan-
 tas hæc in re scriptores excitaverint turbas, ut quæ vel secundum
 Barth. vel juxta Azonem formanda & firmanda esset definitio
 non satis appareret, ut taceam plerosq; difficultate rei superatos
 hic siluisse, quod Phanucc. de Phanuce. *d. l. n. 8.* innuit. Imo
 multas de vera definitione dotis obortas esse disputationes non
 disfitetur D. Hahn. *Obser. ad ff. p. 2. tit. de J. D. n. 2.* Verum suc-
 currit magni Jcti Fr. Hotomanni autoritas. Neq; enim impe-
 trari potest, quin quæ vale quidq; videatur ei, talem quisq; de illo
 opinionem habeat, quibus M. Bruti ad Attic. scribentis verbis
 vix aliquid verius dici reor. Illius definitio, quæ meam de-
 dignatur limam *Disp. de dot.* hæc est: Dos est donatio, quæ Uxo-
 ris nomine in virum propter matrimonii onera confertur.

VII. Dos vel ultro datur, vel ex necessitate, *Costan. Comment.*
de dot. c. 3. n. 1. dubio procul autoritate l. 33. ff. de jur. dot. Ultro
 s. ex

¶ ex voluntate (ut Joh. Camp. *de dot. p. i. qu. ii.* loquitur) dos adventitia à quovis extraneo datur: imo interdum non ultro offertur, sed debetur, eaque ratione nequaquam adventitiæ nomen amittit. *Conf. lb. 21.* Extraneum autem intelligimus omnem citra parentem per virilem sexum ascendentem, & in potestate dotatam personam non habentem. *l. unic. §. 13. C. de rei. uxor. act.* Quisque enim rei suæ moderator est atque arbiter. *l. 21. C. mandat. vel. cont.* Idque duplici favore fultum est: publico nimirum. *l. 1. ff. sol. matr.* cum Reip. nasci dicamur, *l. 1. §. 15. ff. de ventr. in poss. mitt.* & piæ causæ, quod notari ex *l. 32. §. 2. ff. de condict. indeb.* testis est Gothofr. *ad d. l. lit. o.* Hinc est quod causam dotis à beneficio SC. Vellej. prudentes viri removendam esse putaverunt. *l. 12. C. ad SC. Vellej.* ut quod ab initio voluntatis fuerat, postea necessitatis esset, *l. 25. C. eod. Bald. Nov. de dot. part. 6. privil. 12.* Sed hoc ita, cum pro dote danda fideiubent mulieres. Nam pro conservanda, vel restituenda dote, exceptis quibusdam casibus, (Bald. *Novell. p. 6. priv. 21. n. 2. 3. 4. & seqq.* tredecim limitat modis) fidejussor dari nequit. *l. 1. & seq. C. ne fidej. vel mandat. dot. dent. Anton. Guib. Costan. de dot. c. 3. n. 3. Bald. Nov. d. loc. priv. 12. n. 2.* cum tamen pro quovis alias obligato fidejussor accedere non prohibeatur, *tot. tit. ff. & C.* Ad dotis vero constitutionem, quam profectitiam vocant, quoniam necessitate legis adstringantur ex *l. 5. ff. de Jur. dot.* abunde constat. Et de hac quidam primo loco mihi agendum arbitror.

¶ IX. Qui enim liberos in potestate habent ex constitutione Divorum Severi & Antonini per Proconsules & Præsides Provinciarum eos in matrimonium non tantum collocare, sed & dotare coguntur. *l. 19. ff. de rit. nupt.* ut adeo obligatio dotandi immediate ex lege proficiscatur, *D. Henr. Hahn. obs. ad ff. part. 2. tit. de J. D. n. 3.* Est enim hoc eorum pietatis *l. 34. ff. de negot. gest. voti, l. 22. §. 4. ff. ad. Sc. Trebell. Hug. Donell. Comm. Jur. civ. lib. 7. cap. 25. & officii dotare filiam. l. ult. C. de dot. promiss.* Quousque vero hæc obligatio se extendat ex *D. Carpzov. decad. 2. de jur. famin. sing. posit. 1. n. 28.* constabit. Sed an pater indistincte teneatur dotare filiam, videndum erit.

IX. Pa-

IX. Pater filiam, quam in potestate non habet, dotare non tenetur, cum quasi pro extranea habeatur, *Obrecht Disp. de dot. th. 88.* Colliges hoc ex *l. 5. §. 11. 12. l. 44. in pr. §. 1. 51. ff. de jur. dot.* Habet enim filia emancipata propria bona, ex quibus dos rectè constituitur. Si verò plane egeat, nec sine dote spe conditionis sibi blandiri possit, Patrem, ut dotem det, officio Magistratus compelli posse tradidit *Bacho. ad Treutl. de jur. dot. th. 2. lit. d. Schnobel. Disp. 14. ad ff. §. 19.* Contrarium placet *Costano Comment. de dot. c. 3. n. 11. in fin. ex l. ult. C. de dot. promiss. Treutl. d. loc.*

X. Verum obvii sunt nobis casus varii, quibus filia adhuc in potestate patris constituta dotem exigere nequeunt. Et primo quidem filia hæretica, i. e. ea quæ à vera pietate & religione descivit, ab hoc beneficio repellitur *per l. 19. C. de hæret. & Manich.* Longè enim gravius est æternam, quam temporalem offendere Majestatem. E diverso pater hæreticus orthodoxam filiam non tantum secundum vires patrimonii alere, atque omnia ei, quæ ad quotidianæ vitæ conversationem sufficient, præstare, sed & dotem illi dare tenetur, *d. l. 19. C.* Iniquum enim esset propter divini amoris electionem paternâ provisione filias defraudari. Quid si utraque persona tam patris, quam filia hæresi sit obnoxia? Paria tolli delicta, respondet *Costan. Comm. de dot. cap. 3. n. 18. ex l. 3. §. 3. ff. de eo per quem fact. er. l. 36. ff. de dol. l. 36. ff. sol. matr.* Mores enim quos quis in se approbat, quâ ratione in liberis reprobaret, *l. 11. C. de inoff. testam.* Quid si pater sit Judæus, filia verò Christo in baptismo nomen dederit? Respondet *Joh. Campeg. de dot. part. 1. q. 47. n. 1. 2.* teneri Judæam filiam Christianam dotare, eique legitimam relinquere, hæc potissimum ratione, quod Judæus per conversionem ad fidem non perdat agnationem.

XI. Secundo filia, quæ turpiter & cum flagitiosa fæditate luxuriosam degere vitam elegit, cum à successione patris excludi possit, *l. 19. C. de inoff. testam. Nov. 115. cap. 3.* modò nil quicquam inconsulto fiat calore, quidni etiam dotis & alimentorum privationem mereatur? *Gorhofr. ad d. l. C. lit. u. Joh. Campeg. de dot. part. 1. qv. 13. n. 3. Obrecht. Disp. de dot. th. 79.* Filia quippe improbæ pro dote mors, pro utensilibus vermes, pro domo tumultus debetur, *Gvevar. in borol. Princ. lib. 2. cap. 11. Bachov. con-*

B

trove



controverſiam hanc aut plane nullam, aut minus recte à Treutl. propoſitam putat. Imo putat! D. Carpzov. de Jure Saxonico filiam virginem neque ob ſtuprum, neque ob inceſtum in ſe admiſſum dote privari poſſe teſtis eſt, *Juriſp. forenſ. ad Conſt. Elect. 21. p. 4. d. 9.* cum vidua & virgo pari jure gaudeant. Aliud dicendum videtur de l. Civ. ſi pater uſque ad 25. ætatis annum diſtulerit filiam marito copulare, & forſitam ex hoc contigerit, eam oculis venaturam facere, ut in corpus ſuum peccet, *auth. ſed ſi poſt. C. de inoff. teſtam. Nov. 115. c. 3.* & ibi Gothofr. *lit. K. Oldendorp. de uſu cap. & præſcript. tit. de nuptiis. n. 5.* Pater n. eâ ratione occaſionem peccandi filix præſtare intelligitur, *Gothofr. ad d. auth. litt. a. b. Obrecht. d. l. tb. 80.* cum in tutum eam intemeratam pervenire non curaverit. Caſtitem quippe virginem nullâ arte melius, quam maturo conjugio præſervare licet. Syracidis enim ore *cap. 42. v. 12.* veritas clamat: *Ἐυχαίτη καὶ ἀπὸ οὐροῦ ἀγρυπνία.* Hinc eſt quod Virginum innuptarum accurata fuerit cuſtodia apud veteres, *Dan. Feſſel. l. 2. advers. ſacr. cap. 17. §. 2. 3. & ſeqq.* Imo intactis etiam ab immunda violatione corporibus, fugit caſtitas ipſa de moribus, *32. q. 6. can. nec ſolo.* Cum enim in omnibus rara ſit conſtantia, tum in fœminis nulla eſt, *Petr. lib. 1. de Remed. Ut. Fort. dial. 74. in fin.* Sane Franc. Curt. *tr. de teſtib. conclus. 18.* ratione hujus inconstantix, quam habeat ſexuſ fœmineus, magis credi duobus teſtibus maſculis, quam mulieribus aſſeverat. Nec mulieri, nec gremio credendū!

XII. Sed quod evenire ſolet, fervidos appetibus ſera (utinam ſeria!) damnat pœnitentia. Ita multi à tergo oculos habent, cœca frons eſt. Quid ſi ergo ad bonam frugem redeat filia, cui modicum adhuc ingenui pudoris ſuper eſt? Ignoscendum eſſe tradit Tiraquell. *tr. de pœn. caus. 28.* quem citat Gothofr. *ad l. 19. C. de inoff. teſtam. lit. z.* modo ſerîo & conſtanter eam pœniteat admiſſæ fœditatis. *Warms. 1. præſt. 37. obſ. 8.* & ex eo Gothofr. *ad d. l. lit. u.* Confer: *Job. Campegi. de dot. p. 1. q. 13. n. 3.* Lapiſus enim mulierum competente quoque moderatione ſublevandi ſunt, & minime ſpes melioris conditionis iis adimenda. Nam ita credimus Dei benivolentiam, & circa genus humanum nimiam clementiam (quantum noſtræ naturæ poſſibile eſt) imitari, qui quotidianis hominum peccatis ſemper ignoscere dignatur, &

poet.



penitentiam suscipere nostram, & ad meliorem statum deducere l. 23. in pr. C. de nupt. Digna Christiano Principe verba!

XIII. Tertio ea, quæ inscio & invito Patre nupsit, dotem non consequitur, Obrecht *Disp. de dot. tb. 81. & seq.* Si enim filia inscio Patre nubens tum demum dotē consequitur, si pater eam usq; ad 25. annum non elocarit, Nov. 115. c. 3. *caus. 11.* certè si ante illud tempus filia invito Patre nuptias contraxerit, dotem non consequetur, Obrecht. d. l. Campegius *de dot. part. 1. q. 13.* cum aliis pene multis rem fœdere distinctionis conciliare nititur, an digno, vel indigno nupsit, quâ occasione Salic. *ad l. 7. C. de postul. subscribit,* quod magna quævis Comitissa Doctori nubens non dicatur nupsisse indigno. Et hoc inter alia *ex l. 2 in fin. l. 4. in fin. ff. de excusat. & l. 7. C. de postul.* de prompta argumenta Joh. Harprecht. loco *παρέγυα ad disp. de exhered. liber.* Doctores Juris se Nobiles ex jure probare posse affirmat. *Conf. Gorbofr. ad d. l. 7. C. de postul.* Verum Obrecht. d. loc. remotâ illâ distinctione Patrem Jure Civili ad dotis constitutionem non posse cogi arbitratur, quem sequi animus est. Quin etiam Costano mirum in modum suspecta esse videtur Campeg. & aliorum sententia, eodem argumento, quo usus fuit Obrechtus. Indignum enim est Virginali pudore, maritum sibi eligere; imò Patris consensum plane excludere. Mollissimè enim si dicendum est, nihil aliud dici potest, quam eos non satis attentè legisse aut expendisse l. 18. & l. 29. C. de nupt. qui eas consilium non præceptum dare autumant. Hug. Donell. *Comment. de Jur. civ. lib. 13. c. 20. num. 10.* Elegans locus est apud P. Stat. *Papin. lib. 2. Thebaid.* ubi Adrastus de filiarum capitibus comitia agit. Præterea laudatur etiam apud Plutarchū *in inst. Lacon.* illud Lacæne cujusdam. *Λάκαινα γδ ἐρωτηθεῖσα εἰ αὐτῆι προσεληλυθεν; ὅτι ἔγωγ', εἶπεν, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ ἐμοί.* Aliud de Jure Canonico obtinere colligit *ex. 32. q. 2. can. hoc sanctum.* Joh. Bellon. *Tholos. lib. 2. antinom. Jur. dissolut. contrar. 3.* Ibidem ex gl. evincit, filiam à patre posse dotem petere, licet sine consensu ipsius nupsit, & hoc Avenioni evenisse testis est. *Jung. Bachov. ad Treutl. de jur. dot. tb. 2. lit. g.*

XIV. Verum enim verò cum absque ulla exceptione pater dotem filiz debere dicatur. l. 6. ff. de collat. eandem quoque lo-

cupleti præstandam esse plurimi asserunt. Nulla enim juris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem. *l. 25. ff. de ll. l. 6. C. d. tit.* Eandem fovent sententiam *Obrecht Disp. de dot. th. 73. & seqq.* Costan. *Comm. de dot. cap. 3. n. 13.* D. Carpzov. *p. 2. decis. illustr Saxon decis. 173 n. 13.* Quanquam enim Costanus primum videatur sententiæ Barth. *in l. 22. §. 4. ff. ad SC. Trebell.* Alciat. *lib. 8. parerg. cap. 3.* Connan. *l. 8. cap. 8.* subscribere, postea tamen contrarium magis æquitatis præsidio subnixum esse inculcat. *Conf. l. ult. C. de dot. promiss.* Occasione hujus legis *Mynsing. Cent. 5. obs. 32.* talem proponit casum: Pater quidam elocaverat filiam suam nuptui, promittendo futuro genero certam dotem, quam cum Pater ex bonis filiæ affectis (ita vocant: bona immobilia, quæ mortuâ matre propria fiunt liberorum, salvo Patri solo usufructu) solvere vellet, restitit gener, asserens dotem promissam non ex rebus filiæ, sed ipsius Parentis bonis propriis solvendam esse. Hâc autem controversiâ in judicium Camerale per appellationem deductâ, sententia lata est, Patrem tali casu ex suo ut dotem solveret esse obnoxium. *Mynsing. Bachovius ad Treutl. th. 2. lit. c. de j. dot.* existimat hic esse distingvendum, an filia bona quædam habeat pleno jure, eoque casu patrem teneri ad dotem constituendam negat: an tantum nudâ eorum proprietate gaudeat. Et hic ex causa statuendum putat, ut si forte usufructus sit amplius, & alias pater in re lautâ, ipse de suo dotem constituat. Parum abest, quin Bachovii partes sequar! Imò sequar, ductus *arg. l. 5. §. 7. ff. de agnoscen. & alend. liber.* & autoritate D. Schnobel. *Disp. 14. ad ff. th. 19.* Bonum est duabus niti anchoris!

XV. Quod autem dixi *th. 8.* paternæ pietatis, voti, & officii esse dotare filiam, hoc eo quoque casu probandum esse, quo filia deperditis rebus dotalibus ad secunda vota transit *ex auth. sed. quamvis C. de rei uxor. act. & auth. quod locum C. de collat. quæ desumpta est ex Nov. 97. cap. 6.* probat Costan. *de dot. cap. 3. n. 8.* Jung. Leopold. Hackelm *Disp. 14. illustr. quæst th. 16. lit. c.* Interest enim & patris, & Reip. filias iterum dote constituta nuptum efocari, ne cum maximo generis & familiæ probro turpem elige-

re vitam cogantur, *Obrecht. Disp. de dot. lb. 72.* Accuratus hanc
 quæstionem tractavit *Joh. Campeg. de dot. p. 1. q. 15.* Statuit enim
 patrem non teneri denuo pro filia dotem præstare, si ejus culpa
 dos fuerit perdita, *auth. quod. locum C. de collat. & arg. l. 18. §. 1.*
ff. solut. matr quod tamen limitat in casu. *l. 22. §. 1. ff. d. t.* Aliter
 se res habet, si absque culpa filia dos fuerit perdita, respectu of-
 ficii paterni. Imo istud onus ex mente *Campeg.* non tantum
 respicit Patrem, sed & ejus patrimonium *Jung. Constant. Roger.*
tract. de dot. arg. 2. n. 7. Sed num Pater minuere possit dotem fi-
 liae secundas jam contrahentis nuptias, maximè si ex primis nu-
 ptiis filia lucrum fecerit, quæritur? Et constituitur ne possit, ni-
 si fortuito quodam casu Patris facultates deminutæ fuerint.
 Tunc enim ultra non tenetur, nisi in quantum substantiæ vir-
 tus permittit, *Nov. 97. cap. 5.* Tam quæsitu difficiles, tam custo-
 ditu anxie, tam amissu fiebiles sunt opes!

XVI. Interea certo certius est, ære alieno emergente in frau-
 dem Creditorum dotem constitui non posse, *l. 10. §. 14. l. 25. §. 1.*
ff. que in fraud. credit. Costan. Comm. de dot. cap. 3. n. 22. Campeg.
de dot. part. 1. q. 14. Gotthofr. ad l. 19. ff. de rit. nupt. lit. n. Caspar
 Manzius inter indicia pinguioris fortunæ numerat, si quis filia-
 bus suis immodicam vel inofficiolam dotem constituat, & post-
 ea conventus à creditore hæc exceptione iniquissimâ utatur, ni-
 hil se posse facere ob dotem filia suæ exsolvendam, *tr. de patro-*
cin. debitor. dec. 4. qu. 8. n. 64. Ut autem non potest constitui, ita
 neq; in fraudem Creditorum ab uxore augeri permittitur. *Nov.*
97. c. 2. ibiq; Cujac. in expos. d. Nov. Hodie quoties Pater dotem
 filiabus conficere non potest, avus paternus ad dotis constitu-
 tionem necessitate astringitur. *l. 7. §. ult. ff. de in rem vers. l. 19.*
§. 1. ibi: sed & dotes C. de heret. & Manich. l. 5. §. 8. ff. de jur. dot. l.
6. ff. de collat. Obrecht. Disp. de dot. lb. 34. Costan. d. l. Campeg. de
dot. p. 1. q. 18. id quod & non aliter in Proavo Paterno verum esse
 censet *Obrecht. d. l. lb. 107.*

XVII. Dos autem profectitia non tantum ea dicitur, quæ à Pa-
 tre vel Parente profecta est de bonis eorum, pro filia, vel nepte,
 vel pronepte, *Roger de dot. arg. 10. de dot. gener. n. 4. Job. Cam-*
peg. de dot. p. 1. q. 10. n. 2. sed & illa, quam alius pro Patre, ejusque
 nomine dedit *l. 5. ff. de jur. dot.* adeò ut si filiusfam. mutuam ac-

ceperit pecuniam, & pro filia sua (Patris tamen negotium ge-
rens) dotem dederit, profectitia dos vocetur. *l. 7. §. 5. de in rem
vers. jung. l. 8. ff. d. t. l. 17. ff. ad S. C. Maced. l. 81. ff. de J. D.* Si verò
Pater non quasi Pater, sed alio dotem promittente fidejussit, &
quasi fidejussor solverit, Neratius ait, non esse profectitiam do-
tem, quamvis Pater servare à reo id quod solvit non possit. *l. 5.
§. 6. ff. de jur. dot.* Porro quoniam non jus potestatis, sed nomen
Parentis dotem facit profectitiam, dos pro filia emancipata da-
ta eodem nomine venit, *d. l. 5. §. 11. ff. d. t.* Hinc orta illa Celsi
disputatio *l. 6. ff. de collat.* contra Servii sententiam *l. 79. in pr. ff.
de jur. dot.* an dos ab avo paterno nepti data mortuo avo profe-
ctitia censenda sit, & Patri, quasi ab eo profecta, restituenda?
Hic à Triboniano in libris nostris relictam *antinomiam* quis ne-
get, ut qui Celsum cum Servio hic conciliare velit, facile ab u-
troq; dissentiat? Joh. Bellon. maximè aliàs oecupatus antino-
miis juris dissolvendis hic tacere maluit, scilicet ne laterem la-
varet. Malè aliàs antinomiis conciliandis illam inter jus stri-
ctum & æquum adhiberi distinctionem probatu haud erit diffi-
cile, Joh. Jacob. Wissenb. *Disp. de æquit. §. 19. Disp. de access. arti-
fic. §. 15.* ut non videam, qua ratione Hotom. referente Bachov.
ad Tr. hb. 3. lit. c. in fin. de jur. dot. ex contentione juris & æquita-
tis hanc controversiam natam esse dicat. Disputatione suà *de
dot.* quam ego quidem legi, antinomiam hanc non difficetur. Et
hæc de patre naturali & legitimo simul dixisse sufficiat: hoc mo-
do videndum, cum pater dotem pro filia promittit, & dotem
legat, si quidem marito legavit, an legatum valeat? Negat Ulpi-
an. *l. 29. ff. de jur. dot.* Nam cum creditori debitor legat id quod
debet, nullum legatum est *§. 14. inst. de legat.* Quod si filia legavit,
valet legatum. Dos enim ex promissione marito debetur, le-
gatum filia. Et si quidem hoc animo testatorem esse filia osten-
derit, ut duplicaret ei legatum, habebit utrumque *d. l. ff. de I. D.*
Sequitur ut agam, quid juris in patre naturali tantum, quid in
adoptivo tantum obtineat.

XIIX. Campegius *de dot. p. 1. q. 17.* ad eorum videtur inclinare
partes, qui statuunt patrem naturalem teneri, ut dotet filiam; sed
aberrat à janua. Contraria Angeli Perusini *conf. 209.* sententia
probatur Obrecht. *Disp. de dot. hb. 91. Costan. Comm. de dot. c. 3.*

2. 9

n. 9. 10. quibus applaudo per l. 41. §. 11. ff. de leg. & fideic. 3. Conf. Bachov. ad Tr. de jur. dot. tb. 2. lit. b. (Excipit tamen Bachovius ibidem. & lit. j. & cum eo Schnobel. Disp. 14. ad ff. tb. 19. casum inopia.) Filia enim naturalis ab intestato nullam communionem ad patris naturalis successionem habet l. 8. C. de natur. liber. exceptis duabus unciis, quas illi novella constitutio, cum legitima soboles deest, humanitate suggerente concessit aut b. licet. C. de natur. lib. Quod si ei triens legitimus, qui pars est successionis ab intestato, non debetur, neque dos debebitur, quoniam hodie vicem legitimæ dos obtinet l. 29. C. de inoffic. testam. Observandum tamen, monente Cujacio Paratitl. in Cod. non simpliciter dici l. 7. in fin. C. de natur. liber. quod Patri naturali denegetur nomen patris, sed jus & nomen, i. e. nomen justis patris. Nam & filio naturali non succedit l. 9. C. eod. Omnis autem qui ex complexibus aut nefariis, aut incestis, aut damnatis processerit, iste neque naturalis nominatur, neque alendus est à parentibus, neque habebit quoddam ad presentem legem participium Nov. 89. c. 15.

XIX. Patrem denique adoptivum teneri, ut dotem filia tribuat, Obrecht mens est Disp. de dot. tb. 101. cum in constitutione non tam jus potestatis, quam parentis nomen consideretur, l. 5 §. 11. ff. de jur. dot. Hackelm. disp. 14. illustr. quæst. tb. 16.

XX. Dos adventitia quæ sit cognitâ profectitiâ satis apparere Roger. tr. de dot. arg. 10. de dot. gener. n. 19. & Campegi. de dot. p. 1. q. 10. n. 3. scripserunt. Quoad personas dotem hanc constituentes id facile concessero.

XXI. Mater enim non tenetur dotare filiam, adeò ut neque Pater de bonis uxoris suæ invita ullam dandi habeat facultatem. l. 34. ff. de jur. dot. l. 14. C. eod. Tenetur tamen ex magna & probabili causa, vel lege specialiter expressâ d. l. C. Camp. de dot. p. 1. q. 22. Bald Nov. tr. de dot. p. 6. priv. 3. n. 3. Quamvis enim legitimam filiabus debeat Nov. 115. c. 3. ad constitutionem tamen dotis adventitiæ eam regulariter legis necessitate non astringi ex d. l. 14. C. Costan de dot. cap. 3. n. 4. & aliis colligere licet. Bachov. in ventilatione hujus quæstionis tb. 3. lit. b. pro more suo Treutlerum alicujus incuriæ postulat, quod dicat dotem à matre constitutam vocari adventitiam, nisi sit ex magna causa, eamque

eamq; quæ in casu inopiæ ab avo materno detur, profectitiæ no-
men assumere *ibid. lit. c.* Nec immeritò. Accidens enim non pot-
est variare speciem dotis, ut hanc sententiam & distinctionem
non ineptè cum Bachovio vitiosam confusionem dixeris.

XXII. Non autem conveniunt inter se Dd. quid statuendum
sit, si mater divitiis affluat, pater verò & avus paternus summâ
premantur inopiâ? Hanc enim magnam illam & probabilem,
cujus mentionem fecit *l. 14. C. de jur. dot.* causam esse autumant
Obrecht. *Disp. de dot. th. 117.* Sunt qui dotem hoc casu à matre
deberi putant, argumento desumpto ab alimentis *l. 5. §. 4. ff. de
agnosc. & al. lib.* quæ materna exigit pietas *l. 11. C. de negot. gest.*
Sed argumentum hoc de alimentis ad dotem minime procede-
re Campegio *de dot. p. 1. q. 12.* videtur. Addit tamen: nisi dica-
mus, quod mater teneatur dotare filiam, quæ non haberet unde
se aleret, nec mater vellet eam postea alere. Hæc ille. Rectius
Costan. *Comm. de dot. c. 2. n. 4.* ex variis autoribus, & præsertim
ex l. 12. §. 3. ff. de administr. & peric. tut. tale depromptit argu-
mentum: Si frater utrinque conjunctus sororem, quæ aliter nu-
bere non potest, dotare compellitur, prorsus nihil abest, quin e-
jusdem officii necessitas matri incumbat. Eodem utitur argu-
mento Obrecht. *th. 118.*

XXIII. Causam illam, quæ lege specialiter expressa *l. 14. C. de
jur. dot.* dicitur, hæresin esse quis negabit? Mater enim hæretica
filiam orthodoxam dotare cogitur *per. l. 19. C. de hæret. & Ma-
nich.* Negat hoc Costan. *Comm. de dot. c. 3. n. 6.* cum utrisque (ita
fatur) Juris autoribus, & contrariam tanquam futilem & com-
mentitiam sententiam judicat explodendam. Scilicet, vulgaris
aura solidam concutiet veritatem, quam hauriet quisquis igna-
viæ suæ sub hoc prætextu multorum ita sententiarum patrocini-
um quærit. Audimus enim sæpe dicentes: manebo ego in sen-
tentia veteri, non iis ego sum ingenii viribus; sequar potius cal-
catam viam quam ut novam quæram. Talis fuit in illo Placen-
tino Mercatore ignavia, cujus meminit Gregor. de Valent. qui
secum statuit ideo tutius esse Ecclesiam Pontificiam amplecti,
quia ibi compendio possit veritatem discere, si scilicet ajat,
quod ait Pontifex, neget, quod ille negat. Tantum tribuitur
Papæ

Papæ Romano! Polycrates profectò Hadrianum Pontificem læ-
pedicentem audivit, nullum se ab hoste suo quolibet majus sup-
plicium optare, quam ut Papa fieret., *Petrarch. lib. 3. rer. memor.*
tr. 2. cap. 63.

XXIV. Inter extraneos referri etiam avum maternum ex l.
unic. §. 3. C. de rei uxor act. abunde constat. Hic autem dotare
neptem ex filia non tenetur, *Job. Campeg. de dot. p. 1. qv. 18.* ni-
si in casu inopiz, *Treutl. Disp. de jur. dot. th. 3. lit. c. Conf. l. 45. ff.*
sol. matr. D. Carpzov. Jurispr. forens. ad constit. Elect. 10. p. 2. defin. 21.
n. 2. 3. 4. Nec enim patitur æquitas, ut melioris sit conditionis,
quam frater, *Obrecht. Disp. de dot. th. 129.* quem ad do i. con-
stitutionem teneri ex *th. seq. 25.* intelliges. Insuper cum eadem
sit ratio, idem quoq; de proavo materno obtinere perspicuū erit.

XXV. Neq; frater cogi potest, ut sororem dotet uterinam, et-
iam si aliter ea nubere non possit l. 12 §. 3. ff. de administr. & peric.
sur. Sorori tamen consanguineæ quid debeat opis alienæ indigæ
evinces ex d. l. 12. ff. Si enim haberet legitimam, ex qua se dotare
posset, secus est, *Job. Camp. de dot. p. 1. q. 23.* Deniq; ambiges, num
frater communia pro indiviso cum sorore possidens bona, eam
de communibus bonis, an verò quoad suam partē dotasse videa-
tur? Primum quæstionis membrum, tanquam æquius, arridet
Campeg. d. l. q. 24. arg. l. 58. ff. de hered. petit. quod nimirum, qua-
tenus negotiorum gestor, repetendi animo dederit, cujus senten-
tiam amplector.

XXVI. Ita vidimus, quinam ex linea paterna, quinam ex ma-
terna, quinam ex linea collateralis dotem præstare teneantur:
superest ex linea descendenti filius, de quo movetur quæstio, an
matrem suam dotare debeat? Secundum Angel. in l. 1. ff. sol. matr.
filius non tenetur dotare matrem ad secunda vota migrantem,
ne cogatur quicquam conferre ad sui injuriam, cujus testimo-
nio utitur Bald. Novell. de dot. p. 6. privil. 16. n. 5. *Campeg. de*
dot. p. 1. qv. 21. Nec est hæc ratio frivolæ, uti Bachov. exclamat,
sed legum tenore probata. Mater enim ad secundum descendens
virum filiis simul secundis nuptiis facit injuriam, *Nov. 2. cap. 1.*
Mutato concubitu parentes depravantur, filiis posterioris co-
pulæ prælatis, uti ex Ambros 6. *Hexam* loquitur Cujac. *Para-*
sith. in lib. 5. C. tit. 9. Quidni ergo contristentur prioris matri-
C monij

monii liberi? *Vid. Nov. 22. cap. 20. §. 1.* Imo foeminae novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicunt, *l. 22. ibi: lex non solum. C. de administr. tut.* Hinc Homerus *lib. 15. Odyss.*

Ὅϊσα γδ οἱ θεοὶ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γυναικός.

Κείνη βλάσται οἶκον ὃφείλειν ὄσκειν ὀπίρῃ,

Παιδῶν δὲ προτιέρον καὶ κεριδίαισιν φίλοις.

Ὅυκέτι μέμνηται τεθνηῶτ' ὄ, ἔδδ' ἐ μεταλλᾶ.

Verum hæc inconstantia mulierum per querelam inofficiosa dotis emendatur *Job. Oldendorp. cl. 4. act. 27.* Huc quoq; non in ep-
tè referri poterit *l. 3. C. de præser. long. temp.* ubi Præses Provin-
ciæ filio restui jubet vineas ad eum spectantes, quas mater vitri-
co in dotem dederat, modo nulla præscriptio ex transacti tem-
poris prolixitate adoleverit. Præterea Bald. *Nov. d. l. textum*
monstrat notabilem in l. 13. §. 2. ff. de admin. & peric. tut. quod
filius, etiam si dotem non debeat, matri ea, quæ ad victum neces-
saria sunt, præstare teneatur. *jung. l. 5. §. 16. ff. de agnosc. & alend.*
lib. ibiq; Gotbofr. lit. n. l. 1. C. de alend. lib. ac Parent. Quid si su-
spicio incontinentiæ subeat, cum mater indecerpta sit ætatis,
& formæ corporis eximiæ, licet paupertate prematur? Sanè
Bald. *Nov. d. l.* non dubitat, quin filium, si dives sit, hoc casu te-
neri ad dotem matri constituendam asserat, cum eâ ratione ho-
nor filium, non injuria sequatur. Obrechtus pudori & existi-
mationi matris consulendum putat, *Disp. de dot. tb. 110.* Est e-
nim ubi res optima rei pessimæ materiam præbet, ut plane ni-
hil de incontinentiæ suspicione jam dicam, eamq; removeam.
Magna Lucretiæ forma fuit, testibus Historiarum Consultis, sed
nihil æquè hâc spectatâ in adulterium violentum juvenem ve-
fanum stimulis egit ardentibus. Sic bonorum donis abutitur
nequitia reproborum! Id possunt armatæ preces! Imò sæpius e-
venit, ut impudicas ac lascivas anus vix integro membrorum
obsequio videas, quæ pudicissimæ fuerant adolescentulæ. Ardor
nempe libidinis quoties vetulæ ossibus incubuit, quasi ignis in
ligno arido violentius æstuat, *Petrarch. l. 2. de Rem. utr. fort. dial.*
18. Scilicet fugientem nonnullæ, quibus os vacuum & ætas ple-
na est, manu retrahunt juventam, atq; hoc unum senectutis ul-
timæ lucrum putant, ea facere, quæ juveniculæ non auderent

Quid

Quid ad hæc Jus Canonicum? Quemcunque ætas, non vita seniore[m] facit, districtâ increpatione feciendus est, 2. q. 7. c. 28.

XXVII. Non inficior secundis nuptiis jura communia non adeò favere, quod vel ex eo apparet, quando ea, quæ venit ad secunda vota, ab Impp. secundis nuptiis funestata dicitur, l. 3. §. 1. C. de sec. nupt. Gothofr. malo hoc tulit animo, cum parum honestè de secundis nuptiis id dici autumat. Petrarca lib. 1. de Rem. utr. fort. dial. 76. secundis nuptiis, interdum minus secundis, parum laudis tribuit, cum ita effatur: Qui ex primo Conjugio prolem habens novercam superinducit, suis manibus in suam domum mittit incendium. Si juvena urget, aut libidinosa vellicat senectus, quâ nihil est turpius, posset forsan (ut civiliter hoc potius, quam honestè dicam) posset, inquam, fortassis utilius, nisi vel peccati materia, vel divina lege vetitum esset, concubinali obsequio subveniri, quam novercalibus odiis domus tranquilla turbari. Hæc ille! Facile inde colliges sensum adagii illius: *apud novercam queri*, cuius meminit Erasmi. Roterod. *Cbiliad. 4. Cent. 5.* Ne dicam, nonnullorum opinione secundis nuptiis fornicationem quampiam inesse, quod præter Gothofr. *ad rubr. C. de secund. nupt.* annotavit Phanucc. de Phanucc. *Comment. de lucr. dot. gl. 6 n. 2.* Nevizano *in sylv. nupt. §. ampliant. n. 31.* iteratio nuptiarum contra honestatem fuit, Phanucc. *de Phanucc. ibid.* Quicquid tamen sit, quod objiciant, secundas non damno nuptias, cum hoc medio præcipitem in libidines animum frænare non sit difficile. Quot sunt viduæ (ut silentio eas involvam, quibus super præsentem Conjugem alter jam animo desponsatus est) quæ omni viduitatis luctu uno eodemq; die defunguntur? ut de Fulvia M. Marcelli uxore dicebat Cn. Flavius Censorinus, *Gvevar. in borol. Princ. lib. 3. c. 41.* quæq; seu mures metuentes, seu lemures, ni dixerim felles in tegulis nundinantes, ac tranquilla silentia horrendis occentibus & clamore tartareo infestantes, solæ dormire non audent. Imò quædam etiam viventibus viris nupsere, quod auditu turpissimum. Fecit hoc apud Hebræos Herodias, apud Aphros Sophonisba, apud Romanos Martia & Livia, quamvis has duas virorum consensus ac jussus excuset. Tum etiam Phanucc.

De Phanuc. d. l. post Decium, Nevizanum, Angelum, Castrensem,
& Raynerium rectissime tradit, poenas contra secundo nuben-
des hodie ex autoritate Apostoli esse correctas. Non autem
possum, quin eas mirer mulieres, quæ ad immaturas deveni-
unt nuptias tribus maximis neglectis, Deo, & defuncti memoriâ,
& charitate filiorum, *Nov. 22. c. 40.* Pauca quippe sunt ejus er-
ga viros defunctos animi uxores, ut exemplo Artemisiam secun-
das contemnant nuptias. Sane Artemisia illa Cariae Regina,
quod referunt Historici, conjugalis amoris exemplum inter
cuncta celeberrimum, nihil habuit quod Viro tam dilecto dul-
cius præstaret, quam ut defunctum Viro conderet, sepulchro.
Interea de matrimonii honestate non satis constare iis maritis
nullus diffitebitur, qui in ultima voluntate sua [quod sæpe se vi-
disse testis est Oldendorp. *de usucap. & præscr. tit. de nupt. n. 7.*] u-
xori aliquid adjectâ tali conditione relinquunt: si secundas non
contraxerit nuptias. Hanc conditionem Justinianus approba-
vit *Nov. 22. cap. 44.* haud dubiè suâsu Tribonioni, hominis
ad omnem innovationem facillimi, propter avaritiam, ut
Suidas & Procopius de eo scribunt, & eos secutus Oldendorp. *d.*
loc. Melius Terentius Jctus dixit: cum legato ascripta fuerit
conditio, si non nuplerit, eâ rejectâ mulierem rectè nubere, &
legatum capere, *l. 62. §. ult. l. 64. ff. de condit. & demonstrat.* Sed
quid ulterius mihi verborum auxilio hic opus est? Illud modò
non premam silentio, quod Phanucc. de Phanucc. *d. l. ex Nicol.*
Boër. in decis. 186. nobis retulit, publicum olim Romæ honorè
duobus Conjugibus in eorum funere exhibitum fuisse. Mari-
tus enim successu temporis ad viginti migravit repetiti matri-
monii vota, tandemq; in uxorem duxit mulierem, quæ viginti
duos agnoverat maritos, populoq; alterutrius victoriam atten-
dente, uxor incolumi marito rebus humanis abiit, qui tanquam
victor lauro coronatus fumus sequi jussus est, *Simon. Majol. Tom.*
1. diæ. canicul. f. Colloq. colloq. 3. Ab hac laude planè alienus esse
voluit Cicero, qui cum uxori vivavissimæ, & adversus quam fru-
stra mortis auxilium expectandum erat, res suas sibi habere per-
mississet, hortantibus amicis, ut aliam duceret, non posse simul
se uxori, & sapientiæ studio dare operam respondit, testis est Pe-
trarch

trarch

4



erarch l. 2. de R. U. F. dial. 18. Tandem, ne ingentem conatum
velox fatigatio excepisse videatur, ad propositum redeo!

XXIIX. Omnes autem illi, de quibus hactenus egi, suo nomi-
ne tenentur mulieri dotem conferre. Imo in genere cum Pau-
lo sentiendum: Promittendo dotem omnes obligari, cujuscunq;
sexus & conditionis sint, l. 41. in pr. ff. de jur. dot. Et quidem mu-
lierē beneficio SC. Vellej. non gaudere l. b. 7. declaravi, cui jungas
velim l. ult. C. ad SC. Vellej. Tum etiam minores obligantur, si
modo non effuse l. unic. C. si advers. dot. vel ultra vires patrimo-
nii l. 9. §. 1. ff. de minor. l. 43. §. 1. ff. de administ. & peric. tut. dotem
constituant. Sed & si in dote danda læsus sit alteruter, effunden-
do fortean in dotem omnia sua bona, majori annis 25. subveni-
tur, l. 6. §. 2. ff. de j. d. nec minus mulieri, siquidem sit circum in
hoc venta, ut minoris æstimaret res dotales, l. 12. §. 1. ff. eod.
Majori quidem iudicio dotis concepto in bonum & æquum, mi-
nori etiam per restitutionem in integrum succurritur, Cujac.
in par. C. si advers. dot. Bono enim & æquo non convenit aut lu-
crari aliquem cum damno alterius, aut damnum sentire per alte-
rius lucrum l. 6. §. ult. ff. de jur. dot. Hic movere lubet quæstio-
nem, an dos filia rogata restituere hæreditatem fideicommissio
contineatur? Neg. Sunt enim quædam, quæ iudicio defuncti ta-
cite ex fideicommissio excipiuntur. Quæ ita exempta sunt, certū
est in fideicommissum non venire, quoniam in omnibus qui-
dem testamenti partibus, maxime tamen in fideicommissis, vo-
luntas defuncti spectatur, l. 12. in fin. l. penult. ff. de legat. 1. l. 64.
ff. de leg. 2. Inter illa numeratur dos filia rogata restituere hære-
ditatem, l. 62. in pr. l. 78. §. 14. ff. ad SC. Trebell. l. 22. §. 4. l. 51. ff.
eod. Conf. Hug. Donell. Comm. Jur. Civ. lib. 7. cap. 25.

XXIX. Alieno nomine dotem cōstituunt tutores & Curatores,
cujus modum l. 60. ff. de jur. dot. exhibet. Imo nuptiis ex volun-
tate patris puellæ cum filio tutoris jure contractis dos pro modo
facultatum & dignitate natalium recte per tutorem constitui
potest. l. 69. §. 5. ff. d. t. Ex voluntate patris puellæ dixi. Alias e-
nim nuptiæ non valent, l. 66. ff. de rit. nupt. Hic incidit mihi il-
lud Petrarchæ ex libr. quem secret. suum inscripsit colloq. 1. diei: Non
passim omnibus acquievisse convenit, quomodo pigri & torpen-
tis ingenii mos est; neque rursu sapertæ veritati studiosius oblu-

etari, quod clarum litigiosa mentis indicium. Consilio hoc n-
tar! Non n. sectas amo, imo nec amicos, sed verum. 'Αυφὸν γδ
ὄντων φίλων ἔσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν, Aristot. lib. 1. Ethic. Ni-
com. c. 4. Treutlerus *Disp. de jur. dot. th. 3. lit. f.* inter dotes ad-
ventitias eam numerat, quam tutores & curatores de bonis eo-
rum, quibus nuptias contrahere animus est, constituunt. Re-
pugnat autem l. 5. §. 3. ff. de J. D. quod non vidit Bachovius. Ve-
rum cæcitatibus dux facile concurrunt species, ut qui non videat
quæ sunt, videre videatur quæ non sunt. Id Bachovio aliàs acu-
tissimi ingenii Viro accidit. A Treutlero enim *d. loc.* minus
rectè tutores & curatores referri inter illos disputat, qui pro alio
dotem constituunt. Quid autem est alieno nomine sive pro
alio dotem constituere, nisi loco & ex re parentis demortui de
bonis adultæ relictis, quæ sua negotia tueri, atquæ ad eò dotem
constituere nequit, dotem promittere? Hoc ipso tutores & cu-
ratores nudum modò ministerium præstant, imò nihil ultra eo-
rum est officii. Inde enim est, quod Ulpian. *d. l. ff.* dicat, dotem
quam curator dederit vocari profectitiam. Cur ita? quia à Pa-
tre profecta videtur. Si enim curator suo nomine, & de suo do-
tem daret, dos hæc adventitia esset. Jam probet Bachovius,
quod hi pro aliis sive alieno nomine dotem dare dicantur, qui de
suo pecuniam exponunt!

XXX. Illud demum locus hic exigit, an Princeps cives suos
possit collectare (ut Dd. loquuntur) dotandæ filia causa? Neg.
Leopold Hackeln. *Disp. 14. illustr. quest. th. 7. ad lit. b.* Non ve-
ro desunt. qui Dominum vasallos peregrinationis præsertim
transmarinæ, filia maritandæ, inaugurationis, & quæ sita eque-
stris dignitatis ergo liberè collectare posse autumant. Certè fili-
am elocanti pro dote constituenda jus collectandi competere
plures asserunt, quos Gothofr. Anton. *Disp. feud. 7. th. 9. lit. g.*
citavit. Verum Gothofr. Anton. *d. loc.* negativa verior senten-
tia videtur, nisi consuetudine, conventionem, aut præscriptionem
aliud obtinuerit.

XXXI. In dotem dari possunt res omnes sive mobiles sint, si-
ve immobiles, sive se moventes l. 30. in pr. C. de jur. dot. sive pon-
dere, numero aut mensura constantes l. 42. ff. d. t. l. unic. §. 7. C. de
R. U. A. sive incorporales l. 13. §. 10. ff. de hered. petit. l. 7. §. 2. ff. de
J. D.

J. D. l. 44. §. 1. & l. seq. hie l. 2. C. de O. & A. Interim constante matrimonio permutari dotem posse, si hoc mulieri utile sit, ex re in pecuniam, & ex pecunia in rem, Modestinus ait *l. 26. ff. de jur. dot.* Inde colliges permutationem interdum nummis fieri *jung. l. 8. §. 24. ff. de transaction. §. 2. inst. de usufr. l. 21. ff. de pact. dot. al.* Feudales tamen in dotem dari nequeunt *per text. §. Donare 2. F. 9. 2. F. 52. vers. hortatu itaq.* Nam si famis causa feudum alienari nequit, multo minus in dotem filiae dari poterit, *Dion. Gothofr. ad 2. F. 9. lit. m.* Quid? potest ne marito feudum suum mulier in dotem dare? *Resp. Gothofr. ibid. posse,* non tamen aestimatum. Nam aestimatio venditionem facit. At sicuti in dotem feudum ea ratione dari potest: ita donationis propter nuptias causa, ob cognationem ipsam dotis & donationis propter nuptias *auth. dos data C. de donat. ant. nupt.* feudum dari poterit. Nec solus Gothofr. hanc fovet sententiam, quod mulier feudum suum in dotem marito dare possit, sed & *Wurmser. in obs. pract. rit. de feud. obs. 19.* idem placet. Neque enim haec datio vera alienatio est, cum jus foeminae, praesertim post *l. 30. C. de J. D.* maneat integrum, nec quicquam inde praedicti inferatur Domino, cum alias feudum foemineum magis a servitiis soleat esse liberum, & utique per alium servitia praestari possint. Erit autem Domini consensus dubio procul necessarius, si pacta de lucranda dote interponantur. *vid. 2. F. 13. Bachov. ad Tr. de. J. D. th. 4. lit. a. ex Hart. Pistor. l. 2. quest. 37.* De Jure alias Canonico res clara est, quod non liceat uxori partem illius terrae, quae viro quoad vixerit possidenda data fuit, in donationem propter nuptias ex viri concessione tenere, nisi donationi dominus consentiat. *c. 6. extr. de donat. int. vir. & ux.*

XXXII. Etsi autem per se feudum in dotem dari nequeat per textus allegatos: bonis tamen hereditariis nullis extantibus tamen ab agnatis, quam a Domino ex feudo deberi dotem ratione aequitatis est receptum, uti ex *Vultejo*, & aliis probat *Gothofr. Anton. Disp. feudal. 6. th. 8. lit. b. jung. Bachov. ad Tr. de jur. dot. th. 4. lit. a. D. Schnobel. Disp. 14. ad ff. th. 20. D. Carpzov. p. 2. decis. illustr. Saxon. decis. 174.* Et hoc est, quod *D. Carpzov. in Jurispr. forens. ad constit. Elect. 46. p. 2. def. 16.* scribit, filias non nisi in
sub-

subsidium, & si hereditas non sufficiat, ex feudo educandas, do-
 tandas, & elocandas esse. (Excipe tamen, ex feudo non dotari
 filias in concursu Creditorum ante exolutionem æris alieni, ni-
 si consuetudine aliud sit introductum, *Carpzov ibid. d. 17.*)
 Imò hoc de feudi fructibus quoque dicendum esse non obscurè
 innuit Joh. Oldendorp. *cl. 5. post act. 17. de action. benefic. in
 pract. art. 1. n. 2.* Cum autem dixerim ex feudo deberi dotem,
 congruam dotem intelligi velim, pro facultatibus scilicet & di-
 gnitate non solùm dotantis, sed & pro qualitate & conditione
 tam mulieris, quam mariti, *l. 69. § 4. in fin. l. 60. ff. de jur. dot. i-
 tem attento, liberorum numero, D. Christoph. Philipp. Richter
 Disp. 6. de jur. & privil. Credit. sect. 1.* ita tamen ut imprimis accu-
 rata consuetudinis habeatur ratio *arg. l. 23. l. 37. ff. dell.* Hinc si ea
 dotem legitimam minorem constitui velit, illi quoque standum
 erit iudicio, *Menoch. de arbitr. jud. l. 2. cent 2. cas. 249. n. 1. 2. & seqq.*
 Nam alias cum amplæ dotes amplum quoque desiderent dotaliti-
 um, facile eret, ut liberi in eo constituendo nimis gravati vix
 paternum feudum conservare possent, & proverbio illi locus da-
 retur: **Reiche Weiber / arme Kinder** / quod ex Hart. *Pist. l.
 2. p. 2 q. 37. n. 18.* desumpsit Gothofr. Anton. *dict. Disp. feud. 6.
 lit. c.* Est autem dotalitium (**Leibgeding / Leibzucht**) quod
 vir uxori ratione dotis datæ in suis bonis concedit, ut eo vidua
 facta ad dies vitæ utatur fruatur. *D. Carp. in Jurispr. forens. p.
 1. cap 28. d. 93. n. 2.* Jung *D. Richtern Disp. 6. de jur. &
 Priv. Cred p. 155. & seqq.* copiose dotalitii materiam persequen-
 tem. Imprimis inter Nobiles uxoribus ad vitæ sustentatio-
 nem constituitur, ut cum obitu earum expiret, **Richter
 ibid.** Hoc nonnulli confundunt cum donatione propter
 nuptias, *D. Carpzov. p. 2. decis. illustr. Saxon. decis. 168. n. 1. 2.
 & seqq.* Rationem, quæ inter hæc duo diversissima existit, expressè
D. Carpzov. Defin. forens. p. 1. const. 28. d. 93. Quantumvis de do-
 talitio in Jure Civ. parum, vel nihil reperire liceat: attamen u-
 niversali consuetudine per totam pene Germaniam, imprimis
 in terris Saxonis, longissimo usu est comprobatum, *D. Carp-
 zov. Dec. 5. de Jur. fæmin. singul. posit. 8.* In jure Canonico men-
 tio fit dotalitii *c. 4. extr. de donat. int. vir. & ux.*

XXXIII Cum adeo innotuerit *ib. 31.* quænam res in dotem
 dari

dari queant, præterea notandum, eas dari vel æstimatas, vel inæstimatas *l. 10. cum seqq. ff. de jur. dot. l. penult. C. eod.* vel pondere, numero, aut mensurâ constantes. Interest autem viri res non esse æstimatas, ne periculum ad eum pertineat *d. l. 10. in pr. l. un. §. 9. in. fin. §. 15. C. de rei uxor. act.* Æstimatio enim periculum ejus facit, qui suscepit. *l. 1. in. fin. ff. de æstimat. l. 5. §. 3. ff. commod.* Res quæ pondere, numero, mensurâ constant mariti periculo sunt *l. 42. ff. de J. D. licet in æstimatæ datæ fuerint.* Sunt enim suâ naturâ tales, ut videantur à lege æstimatæ *Gotbofr. ad d. l. lit. d.*

XXXIV. Nullâ porro lege prohibitum est universa bona in dotem marito fœminam dare *l. 4. C. de jur. dot.* quæ si læsa sit, ei succurritur ex bono & æquo *l. 6. §. 2. ff. eod. Jung. D. Andr. Kobl. de pact. dotal. p. 1. n. 101. Job. Ferr. lib. 2. de præexerc. judic. cap. 8.* Unde non rectè quidam sentiunt, omnia uxoris bona marito tradita in dubio censerî dotalia, maximè si maritus tanâ sit dignus dote, quoniam dotalia censerî nequeunt, nisi ea, quæ nominatim & expressè vel data vel promissa fuerint. *vid. l. 9. §. 2. ff. de jur. dot. l. 72. ff. eod.* Est enim dos & donatio, ex mente Perez. *prælect. in Cod. de jur. dot. verus contractus l. 23. ff. de R. J.* Nemo autem, inquit, donare vel contractum inire tacite præsumitur. Huic non inaniter contradicit D. Valent. Riemer. *Decad. 2. question. illustr.* quod ex accidente tantum, promissione scilicet, dos aliquando conventio appelletur, *Cujas Par. C. de dot. promiss.* nullo verò modo sit contractus. Ibidem D. Riemer. probatum ivit, matrimonium non esse contractum, quod plurimi hodie seriò statuunt, sed beneficio contractus incipere. *Oldendorp. cl. 4. arg. act. 26. §. qv. 1. matrimonium vocat contractum.*

XXXV. Sequitur, ut quot, & quibus modis dos constituatur evolvam. Constituitur autem vel inter vivos, vel ultimâ voluntate, *Treutl. Disp. de jur. dot. th. 5.* & ultimâ quidem voluntate, cum quis testamento suo, vel codicillis in casu *l. 48. §. 1. ff. de J. D. l. 71. §. 3. ff. de condit. §. demonstr. l. 4. ff. ubi pupill. educ.* vel donatione mortis causa *l. 76. ff. de J. D. pro muliere dotem marito tribuit.*

XXXVI. Inter vivos quibus modis dos constituatur explicat *Treutl. th. 5. lit. c.* sed nihil prætermisit Bachovius, quin eum confusionis obstringeret. Non verò desunt, qui præter *Treutl.*

D

tra-



traditionem inter modos constituendi dotem relatum ivere. Fallor autem an cum modis tradendi malè confundant ipsam traditionem. D. Hahn. accuratè distinguit dotis promissionem, constitutionem, & acquisitionem, *Obs. ad ff. p. 2. th. tit. de jur. dot. n. 6.* Secutus autem D. Schnobel. *Disp. 14. ad. ff. th. 22. constitui dotem vel pollicitatione l. 6. C. de dot. promiss. vel pacto l. 4. C. d. t. vel stipulatione l. 1. 2. 5. C. d. t. l. 33. ff. de jur. dot. defendam, quæ hodie cuius dotis constitutioni inest, l. un. pr. §. 1. & 2. C. de rei. uxor. act.* Nec refert certa dos promittatur, an in arbitrium boni viri conferatur, quod Schnob. ita d. loc. effert, an definite, vel indefinite quicquam fiat *l. 3. C. de dot. promiss. l. 22. §. 1. ff. de R. I. l. 69. §. 4. ff. de I. D.* Si eam pater simpliciter sine mentione arbitrii promittat, suâ promissione obstringitur, & pro modo facultatum suarum ad quantitatem legitimæ & congruæ alimentationis, atq; pro mariti dignitate filiam dotare debet, *Wesenb. paratit l. ad. ff. de jur. dot. n. 5. Arnold. Corv. apborism. ad. ff. de J. D.* Extraneus vero, quando incerta est promissio, minimum dando nummum liberatur, *l. 1. C. de dot. promiss. Jung. D. Hahnium obs. ad. ff. p. 2. t. de Jur. dot. n. 5. Bachovium hic refutantem.*

XXXVII. Insuper præposteram stipulationem in dotibus non rejici probat §. 14. *inst. de inutil. stipul.* imò in genere ubi stipulatio supposita non est, intelligitur ea fuisse adhibita, & multo magis, etiamsi inutilis sit, valida efficitur, *l. un. pr. C. de R. U. A.* Entis enim ad id quod est transitus est facillimus, *Geothofr. ibid. lit. K.* Hinc adjuvari talem stipulationem magis, quam evanescere oportet, *d. l. C.*

XXXIIX. Denique stipulationem, quæ fit propter causam dotis, constat inducere conditionem hanc, si nuptiæ fuerint factæ, *l. 21. l. 68. ff. de J. D. D. Carpzov. Decis. illustr. Sax. p. 1. Decis. 16. n. 15.* Conditionem dico, non causam *D. Hahn. Obs. ad. ff. p. 2. de jur. dot. n. 4.* Sequitur inde dotem sine nuptiis esse non posse, *th. 4.* Neutiquam verò ita colliges, nuptias sine dote esse non posse, *d. th. 4.* ut neque mulier ob dotem promissam, non autem præstitam, expelli, ne dicam repudiari queat, *Tr. de J. D. th. 5. lit. e.* Utrumq; enim durum est, & injustum, *Bachov. ibid. Cæterum Justiniani in l. ult. C. ad SC. Vellej. hæc est sententia, quod*

quod ob fidem non servatam rixis & dissidiis, deniq; divortio
ansa præberi possit.

XXXIX. Quamvis autem dixerim, tenore legum nuptias sine
dote esse posse, non ineptè tamen cuidam dubium videri possit,
an dos in nuptiis cum concubina contractis intervenire debeat?
Quid enim circa hanc per sublequens matrimonium legitima-
tionem Imp. Constantinus, & post eum Zeno, Anastasius, &
Justinianus constituerint, ex l. 5. l. 6. l. 10. C. de nat. liber. nulli
non apparet. Scilicet præteritum hoc fuit propositum Patri na-
turali, ad invitandum eum, ut nuptias ejus mulieris non aver-
saretur, quam prius cognovisset, atq; hoc modo deleteret macu-
lam prioris conjunctionis. Sed in omnibus Constitutionibus,
quibus hujus juris mentionem fecit Justinian. dicit se hoc be-
neficium tribuere dotalibus instrumentis compositis, l. 10. l. 11. C.
de nat. liber. §. ult. inst. de nupt. Quid autem, si nuptiæ rectè alio-
qui cum muliere contractæ sint non interpositis instrumentis
dotalibus, an liberi naturales non fiant legitimi? Resp. Hug. Do-
nell, *Comm. Jur. Civ. l. 2. c. 21.* verius esse, nihilominus fieri le-
gitimos. Beneficium enim hoc non instrumentis aut doti, sed
nuptiis & jure conjunctioni sequenti datum videtur, cum ta-
bulæ non faciant matrimonium l. 31. pr. ff. de donat. Add. l. 9. l.
13. C. de nupt. Et hoc est, quod Wilsenbach. *Disp. ad inst. de pot.
her. §. parr. §. 33.* scribat, non tantæ compositionem dotalium
instrumentorum, quam matrimonium cum concubina contra-
ctum liberos ex ea natos legitimos facere. Tanta enim est vis ma-
trimonii, ut qui antea sunt geniti post contractum matrimoni-
um legitimi habeantur, c. 6. extr. qui fil. sunt legit. Conf. Fibi-
gium *Disp. 2. Colleg. leg. q. 8.* acutissimè hac de re agentem,
ita ut nihil addi, nihil minui posse videatur.

XL. Verum igitur est & eo casu, quod nuptiæ sine dote esse pos-
sint. Phaleas ille Chalcedonius, teste Aristot. *lib. 2. Pol. 7.* constituit,
ut divites filias suas collocantes darent dotes, ipsi vero uxorem
ducentes non acciperent; è diverso pauperes non darent, accipe-
rent ipsi Plutarchus *sub fin. fere Læon. instit. de Virginis* cujusdã
inopis dote tale promit responsum: *παρ δὲν ὁ πενιχρὰ ἐρωτῆσει-
σα τίνα δὲ δώσει τῷ γαμῶντι ἀγοίκα τὴν πατρίον εἶπε σὺ Θεοῦ ὄνη.*
Hinc est quod ante omnia Cristian. *Kremberg quest. 4. de ne-*

D :

cess.



cess. defens. n. 35. in mores inquirere moneat, nec caeco animi impetu ferri, aut digitis, oculisve corporis solis uti, sed oculos animi potissimum circum ferre. Habent enim & suos oculos animi, quibus sese mutuo superatis corporeis velaminibus intuentur, *Petrarch. Ep. famil. 37.* Malè ergò faciunt Judæi recentiores, qui unum illud ex quatuor absconditis *Prov. 30. v. 29.* viam nempe Viri in muliere, de concubitu Viri cum scorto vel adultera exponere audent, cum ibi revera per viam Viri in Virgine nil aliud intelligi pateat, quam cogitata & speculationes Viri de ducenda Virgine, cujus pudor, modestia, integritas, & humilitas optabilis sit. Hi Viri cogitatus uti Virgini, & Parentibus ejus, ita cuivis homini sunt absconditi; *Wolffg. Franz. de interp. SS. oracul. 44. Dan. Fessel. l. 2. advers. sacr. c. 16. §. 4.* Hoc est oculos animi circumferre, ut si virtutum omnium dotibus cumulata haberi nequeat, saltem ea, quæ minoribus urgetur vitiis, seligatur. Quod quia contra fit, ut inquit *Plaut. in Pers.* dum dos sit, nullum vitium vitio vertitur, quid mirum si ejusmodi tragici & difficiles exitus coactis illis matrimoniis appropere?

XLI. Misericordiam & infelicitatem Doctorum Juvenum in hoc casu *Casp. Manz. tr. de patroc. debit. decad 3. qv. 7. n. 140.* hisce deplorat: Doctores post consumptum in studiis totum patrimonium, post operam egregie in Scholis præstitam, sapius duos, tres, & amplius annos terunt, antequam ad officium assumantur. In foro stant otiosi, & nemo eos conducit, januas magnatum pulsant, & nemo illis aperit, ut sæpe cogantur togâ relicta sago se circumdare, & castra sequi, vel quod miserorum & depauperatorum refugium est, præmaturas celebrare nuptias, atque uxores, quæ alias parum placent, propter solas pecunias ducere, quarum beneficio valeant deinde ad dignitates, honores, & officia evahi. Hæc ille! Quanquam enim in omnibus patrocinium hoc debitorum calamitosorum *Manzii* contra rigorosos Creditores non videatur esse probandum, imo fuerit, qui mutandum libri titulum judicaverit, atque inscribendum, Patrocinium morosorum debitorum contra calamitosos creditores: tamen cum sordibus infantem ejectandum esse nullus adducor ut statuat. Placent enim etiam non nulla ab infami licet philosopho

sopho & professore voluptatis prolata, *Petrarch. lib. 3. de reb. mem. tr. 2. c. 47.*

XLII. Pactum quod attinet inter modos constituendæ dotis numeratum *ib. 36.* verissima est sententia contra Treutl. *de J. D. ib. 3. lit. g.* quod pactum hoc dotis sit pactum legitimum, non conventio cum causa, quam Bachov. *ibid.* rationibus asseruit, tandem concludens, hodie hac quæstione nihil opus videri, postquam *ex. l. un. C. de R. U. A.* actio ex stipulatu simpliciter introducta est.

XLIII. Et hic est primus dotis constitutæ effectus, actio nimirum ex stipulatu, *l. un. pr. C. de R. U. A.* pro dote exigenda. Verum hæc actio non est bonæ fidei, uti putat Wesenb. *par. ad ff. de jur. dot. n. 6.* & eum secutus Arnold. Corvini. *aphorism. ad ff. quia actio ex stipulatu, quæ contra juris regulas §. 29. inst. de action. dicitur bonæ fidei, tantum illa est, quæ pro dote repetenda datur, D. Hahn. Obs. ad ff. p. 2. tit. de Jur. Dot. n. 6. de qua ib. §. 5.* Cætera quæ hic dici possent, Oldendorp. *cl. 4. act. 26.* annotavit. De periculo dotis exigendæ hoc subijciam. Si extraneus sit, qui dotem promisit, isque defectus sit facultatibus, imputabitur marito, cur eum non convenerit, maximè si ex necessitate, non ex voluntate dotem promiserat. Nam si donavit, utcumque parcendum marito, qui eum non præcipitavit ad solutionem. Quicquid adeo debitor promisit, id viri periculo est, quod alius, scilicet donaturus, ejus periculo, cui acquiritur, quod pater, vel ipsa mulier, viri periculo non est, *l. 33. ff. de iur. dot. conf. l. 71. ff. eod. t.* Quod dixi periculo mariti esse, quicquid debitor promiserit, rectè intelligi velim, ductu *l. 41. §. 3. ff. d. t.*

XLIV. Secundus dotis constitutæ effectus est dominium, quod maritus in dote consequitur, *D. Schnobel. Disp. 14. ad ff. ib. 24.* Quicquid autè alii statuunt, quorum judicia reverenter præterecti Jul. Pacius in *pr. inst. quib. alien. lic.* & Arnold. Corvini. *aphorim. ad ff. de jur. dot.* brevibus se expediunt, dotis dominium Civile marito, naturale (exitu scilicet inspecto soluti matrimonii, *Bachov. ad Tr. d. J. D. ib. 6. lit. C.*) mulieri tribuendo. Et hoc esse judicant, quod inculcet *l. 30. C. de iur. dot.* D. Erasm. *Ungepaar* eos erroris insinulat, qui ita statuunt *Exercit. Justin. 7. q. 6.* Theophil. Græcus interpres *Inst. quib. alien. lic. de*

Ἐπὶ τῆς πάλαιος δεξιῶς maritum vocat. Sententia Vultej in §. per tradit. Inst. de R. D. § 1. discept. scholast. c. 19. quod maritus non rerum dotalium, sed tantum juris dominus sit, falsa est, & à ratione juris nostri abhorret, Bachov. d.l. Dominic. Arum. excert. Justin. 6. Coroll. Marito enim res dotales vindicare permissum est, l. 9. C. de reivindic. l. 11. C. de jur. dot. potest & servos dotales libertate donare, l. 1. C. de serv. pign. dat. manum, l. 3. C. de J. D. Servus dotalis hæres ab aliquo institutus mariti jussu vel adire, vel repudiare debet hæreditatem, l. 58. ff. sol. marr.

XLV. Sed facere non possum, quin difficultati huic melius occurrendo inter res distinguere incipiam eum Valent. Riemer. Decad. 2. quest. illustr. 1. In nonnullis quippe rebus dotalibus soli marito competit dominium, quales sunt res æstimatæ, l. 10. pr. l. 12. pr. ff. l. 10. C. de jur. dot. l. un. §. 9. in fin. C. de R. U. A. item quæ pondere, numero, & mensurâ constant, l. 42. ff. de jur. dot. vid. tb. 33. In aliis verò rebus naturale quidem Dominium uxoris est, sed legum subtilitate transitus earum in patrimonium mariti fieri videtur, ita tamen ut rei veritas neq; deleta, neque confusa sit, l. 30. C. de jur. dot. Quod autem de dote æstimata dixi, non absolute ita accipi velim. Distinguit enim D. Fibig. Disp. 9. Colleg. legal. q. 5. semidecad. utrum dos æstimata venditionis, an saltem taxationis causa fuerit data. Rerum quippe taxationis causâ æstimatarum eadem est ratio, quæ in æstimatarum.

XLVI. Est autem dominium hoc sub restitutionis in casum soluti matrimonii faciendæ lege, non autem simpliciter in maritum translatum, l. 139. §. 1. ff. de R. J. Schnobel. Disp. 14. ad ff. tb. 25. Nec mireris apud maritum dominium esse revocabile, non perpetuum. Frequentia enim divortiorum apud Romanos hoc ita exigere videbatur, Bach. ad Tr. de J. D. tb. 6. lit. c. Imo plerasque gentes certum est antiquitus ut divortiorum libertate, ita plurium faminarum conjugio usas, H. Grot. de J. P. § B. lib. 2. cap. 5. n. 9. Primus autem qui uxori nuncium misit, fuit Sp. Carvil. Ruga (teste Rosin in antiquit Rom.) sterilitatem uxoris prætendens, seque quærendorum liberorum causâ uxorem habere ejurans. Sanè quærundam partus fecunditatem odiosam, & sterilitatem fecit optabilem. Non tulisset imperium Rom. portenta illa feralia, Caligulam, Neronem, Commodum, Bas-
lia-

fianum, si Germanicus, si Domitius, si Aurel. Antoninus, si Severus aut nullas uxores, aut steriles habuissent. Sed ab illo Carvil. Rugæ tempore, ut inquit Agellius, rei uxoriæ cautiones Romæ necessariae sunt visæ, cum ante nullæ fuissent. *Conf. Gothofr. ad rubr. C. de repud. & judic. de mor. subl. lit. d.* Denique quæ res ita datur, ut matrimonii oneribus seruiat, l. 76. ff. de jur. dot. apparet eâ lege accipi, ut cum matrimonium, eiusque onera soluta erunt, reddatur, *Hug. Donell. Comm. Jur. Civ. lib. 14. c. 5.*

XLVII. Respectu domini illius revocabilis (ut cum Bachov. loquar) quoties non æstimatæ res in dotem dantur, & meliores & deteriores fiunt mulieri, l. 10. pr. & §. 1. ff. de I. D. Res autem inæstimato datas immobiles marito alienare vel obligare nequaquam licet, pr. *Inst. quib. alien. lic. l. 4. ff. de fund. dot. aut h. si à m. C. ad SC. Vellej. Conf. Pardulph. Pratej. ad L. Jul. de fund. dot. al.* siue consentiat mulier, siue dissentiat, d. pr. *inst. ne fragilitate naturæ suæ in repentinâ deducatur inopiam, l. un. §. 15 C. de R. U. A.* Quidni enim mulier mariti seductionibus facile decipiatur? *Nov. 61. c. 1. §. 2. Theophil. ἡ ἐξδοξία δέμαλα vocat, πότε ὁ δεσπότης τὸ ἴδιον ἐκποιεῖν ἔδωκεται πρᾶγμα, καὶ πότε ὁ μὴ ἴδεν δεσπότης ἐκποιεῖν τὸ μὴ οἰκεῖον.* Sed non est novū, ut qui dominium non habet, alii dominiū præbeat, l. 46. ff. de acq. rer. dom. Nec est argumentū, ideò aliquid tuum non esse, quia vendere nō potes, quia consumere, quia mutare in deterius aut melius non potes. Tuum enim est etiā, quod sub lege certa tuum est, *Senec. lib. 7. de benef. c. 12. in fin.* Dantur quippe nonnullæ res ad certū modum, & certū finem, ut datur de positum, ejus custodiendi gratiā, pignus, ut sit cautum creditori pro debito, dos, ut res sit marito, ex cujus fructibus ferat, onera matrimonii, *Hug. Donell. Comm. Jur. Civ. lib. 12. c. 13.* Cessante onere jus percipiendi cessat, *Perez. prælect. in Cod. sol. matrim. n. 11.* De domicilio constituere jus est marito. Si quid ultra juris maritis conceditur, ut lege Hebræâ jus rescindendi quævis vota uxoris, apud populos nonnullos jus vendendi bona uxoria, non à natura est, sed ab instituto, *H. Grot. de jur. P. & B. lib. 2. c. 5. n. 8.* Imo quondam consuetudo, sed abusiva, permisit, ut, si indigena, vel extraneus prodigalitate vitio, vel incuriā, seu quocunq; casu alio dissipasset vel amisisset bona sua, bona uxoris tam mobilia, quam immobilia pro libitu alienarec

naret, c. 10. extr. de consuet. Moris etiam esse apud Anglos testis est Thom. Smith. l. 3. de Rep. Angl. c. 8. ut fundum dotalem Viro distrahendi aut alienandi nulla sit auctoritas, tamen si uxor assensum adhibuerit. Ut ut tamen sit de praedio in aestimato, aestimatum alienari posse nullum versatur dubium, nisi electio sit mulieris, utrum dirempto matrimonio fundum petat, an aestimationem, l. 11. ff. l. 1. C. de fund. dot. l. 10. §. 6. ff. de f. D. Qvippe aestimatio venditionem facit, d. l. §. 5. ff. de jur. dot. ita ut maritus rerum dominium consecutus summa, velut pretii, debitor efficiatur l. 5. C. eod. Aliud usu obtinet de ovibus & vaccis ferreis (**Von eysernen Schaffen und Röhren**) quæ quidem aestimata locantur, non tamen ut earum dominium in conductorem transferatur, sed ut ejus saltem periculo sint, & ita locatoribus nunquam moriantur, unde etiam oves & vaccae ferreae nominantur. Et hæc locationis species conventio Socidæ, vel Soccidæ, ut et Soccidæ appellatur D. Richter Disp. 3. de jur. & priv. Credit. p. 56.

XLIX. Quamvis autem mulierum consensus in alienatione super rebus dotalibus non sit obligatorius: si tamen alienationi consenserint proprio juramento, nec vi, nec dolo praestito, de jure Canonico tenentur servare juramentum, cum in alterius praerudicium non redundet, nec observatum vergat in aeternæ salutis dispendium c. 28. extr. de jurejur. c. 2. jurej. in 6. Job. Bellon. l. 2. antin. jur. dissol. contrariet. II. De jure Civ. tale jusjurandum nihil operatur, contra legis dispositionem interpositum l. 5. C. de LL.

XLIX. Pacta plerumq; dotibus adjici solent, quæ ut valent, ita servanda sunt, l. 48. ff. de Pact. l. 1. C. de pact. conv. & ibi Perez. n. 1. nisi aut contra jus, aut bonis moribus sint ludibrio, l. 5. & 6. ff. pact. dotal. l. un. §. 16. C. de rei ux. act. aut inæqualitatem inducant, aut h. æqualitas. C. de pact. conv. aut dotis causam in praerudicium mulieris deteriorem reddant, l. 2. l. 14. & ll. seqq. ff. de pact. dotal. Carpzov. in jurispr. forens. ad Constit. Elect. 7. p. 3. d. 12. n. 5. 6. In praerudicium vero Parentis mulieris valent, l. 6. C. de pact. conv. ibique Gothofr. lit. b. Quot vero testes in ejusmodi pactis sint necessarii, ex Berlich. pract. Concl. p. 2. concl. 51. n. 12. optime explicavit D. Hahn. obs. p. 2. de pact. dotal. n. 4. In foro Saxo-

Saxonico, ac praesertim in provinciis huius Electoratus triplici modo pacta dotalia contrahuntur, nempe 1. per modum contractus, 2. in vim ultimae voluntatis, & 3. judicialiter facta, *D. Carpzov. in Jurispr. for. ad Const. El. 43 p. 2. d. 1. n. 3.* Cum autem frequentissima sint in plerisque Germaniae locis pacta dotalia, operae pretium fecerit, qui leget *D. Andr. Kohl. Tract. de Pact. dotal.*

L. Illa iuxta consuetudinem Germaniae, secundum quam pactis dotalibus hereditas dari potest, non levis est momenti quaestio: An ab alterutro Conjugum, altero infecto aut invito, dispositio ejusmodi tolli aut mutari possit? *Vid. Bachov. ad Tr. de Jur. dot. tb. 7. Wesenb. par. de pact. dotal. Gailius 2. Obs. 78 n. 5.* ejusmodi pacta altero conjugum invito mutari non posse existimat. Verum *D. Hahn. obs. ad ff. p. 2. tit. de pact. dot.* non tantum hanc Gailii sententiam omni destitui fundamento, sed & Gailium sibi ipsi non conitare probatum venit. Proinde rectius distingui solet ita, quod altero etiam invito nequeant mutari iis casibus, quibus sustineri possunt ut pactum simplex s. proprie dictum, non vero ubi valent ut pactum successorium, *D. Hahn. ibid. Jung. D. Carpz. in Jurispr. forens. ad Constit. 43. d. 10.* Utinam (exclamante Petrarca *lib. 1. de R. U. F. dial. 110.*) ea mortalibus fides esset, ut & nunquam nisi honesta promitterent, & semper promissa servarent. Nunc nec promittendi modus, nec promissa frangendi pudor ullus, quod in hereditate potissimum licere sibi homines putant. Itaque voluntatem testatoris ambulatoriam leges vocant. Hæc ille!

LI. Sed quid dicendum erit de pactis successionis reciprocis? Principum confraternitates (Græci vocant *ἀδελφοληγονομίαν*, nos, *Erbverbrüderung*, aliud est *Erbvereinigung*/ contra *Clapmar. lib. 2. de arcan. Rerum pp. cap. 21.*) & pacta successoria subsistere obuium, quorum effectus est, ut stirpe alterutrius extinctâ ad alterum hereditario quasi jure devolvatur principatus, *Schonborn. lib. 2. pol. c. 13. §. alii à Carpz. l. 5. Resp. Jur. Elect. 1. 1. r. 5. n. 8. citati.* Exemplum confraternitatis de Ducibus Saxoniae, & Landgraviis Hassiae, cujus meminit *Treutl. Diss. de pact. tb. 8. lit. b* copiose illustravit *D. Carpz. d. l. n. 10. n.* De militibus nullum est dubium, quin illis liceat de mutua s. reciproca

E

suc-

successione pacisci per l. 19. C. de pact modo in castris degant l. 10.
 l. 17. C. de testam. mil. §. 3. inst. de milit. testam. Carpzov. in Jur.
 for. ad Const. El. 35. p. 2. d. 20. n. 8. At nobilibus hoc privilegi-
 um esse concessum negat Carpzov. in Resp. d. l. n. 26. seqq. & in
 Jurispr. forens. d. l. n. 9. Quid de Conjugibus dixeris? Universalis
 profecto Germaniæ consuetudine recepta sunt pacta illa succes-
 soria inter Conjuges. vld. Paul. Matth. Wehner. obs. pract. sub. voc.
Leibgeding. vers. vom rückfall. D. And. Kobl. de pact. dotal.
 p. 2. n. 71. & seqq. & c. ibi citat. Ratione quippe incertitudinis &
 dubii eventus, nec non intuitu reciprocationis multa in jure
 tolerantur, quæ alioqui nulla esse videbantur, Carpzov. lib. 5. t.
 l. 1. 6. n. 10. 11. 12. Huc refer unionem prolium, quam eleganti tra-
 ctatu Jac. Rick. explicavit.

LII. Denique fidejussorem pro dote sive conservanda, sive
 restituenda uxori à marito, vel patre eius dari optimâ ratione est
 prohibitum, ne scilicet causa perfidiæ generetur, nec cui creden-
 dam sese mulier existimaverit, ejus fidem dotis nomine suspen-
 dam habere videatur, l. 1. §. 2. C. ne fidei. dot. dent. Non tamen
 inde sequitur, inquit Carpzov. in Jurispr. for. ad Const. Elect. 42
 p. 2. d. 17. ne quidem ab initio & ante sponsalia contracta cau-
 tionem fideiussoriam pro dote exigi posse, quippe quod nec
 tum à marito, sed ab eo, qui maritus adhuc speratur, cautio pe-
 tatur. Quid si fidejussorem sponte offerat maritus, an obligabi-
 tur? Aff. Duaren. ff. sol. matrim. tr. de dot. cap. 4. ut & alii, quos
 allegat D. **Vngepaur** Exerc. Justin. II. q. 7. Et hæc sententia vi-
 detur esse verior. Neg. Perez. quia si in hoc casu fidejussor obli-
 garetur, via esset fallendæ constitutionis. Eadem enim facilita-
 te, quâ maritus inducitur ad dandum fidejussorem, induceretur
 fraude mulieris ad dicendum, se ultro eum obtulisse. Quid enim
 non potest foemina? Quem fallere vult, delinit, ut prædo quem
 perimit, & polypus quem demergit amplectitur. Negat idem
 cum Tr. Bachov. th. 4. lit. h. de Jur. dot. maxime occupatus in
 enervandis Duaren. & Connan. argumentis. Sed an pignus mu-
 lieri à marito dari possit, nonnulli disceptant? Verior sententia
 Cuiac. in recit. ad tit. de fidej. apparet Perez. in Cod. ne fidej. dot.
 dent. n. 7. pignus intervenire posse, l. 7. §. 6. ff. de donat. int. vir & ux.
 cum illud non tam gravet alicujus opinionem, quam dare fide-
 jussor-

juſſorem. Etenim dato pignore res uxoria tantum ponitur in tu-
ro, non etiam committitur fidei alterius perſonæ, quam mariti
ipſius. Breviter: fidejuſſor obtinet locum debitoris, pignus rei
debitæ. Hinc illud Macrobii. *Saturn. 6.* cum à principe gentis
Corneliæ Scipionum ſponſalia poſcerentur, aſinum cum pecu-
niæ onere produxit in forum, quaſi pro ſponſoribus præſens
pignus. Hodie tamen non opus eſt exigere pignus, cum ex Con-
ſtitutione Juſtiniani mulier in bonis mariti jure tacitæ hypo-
thecæ gaudeat, *l. un. §. 1. C. de R. U. A.*

LIII. De dotis repetitione nunc agendum erit. Hæc alias eâ-
dem ſpecie, ut in commodato, depoſito, pignore: alias eodem
genere, quod ſit ejusdem quantitatis & bonitatis, ut in mutuo,
reſtituitur, *Donell. Com. Jur. Civ. lib. 14. c. 4.* Hic autem de tem-
pore petendi, & per id tempus de petendi jure ſumma eſt mate-
ria. Plerumque enim ſoluto matrimonio hæc repetitio fieri ſo-
let, *c. 2. extr. de donat. int. Vir. & ux.* Eo adhuc durante repeti-
nequit *l. 7. C. ſol. matr. l. 1. ff. de J. D.* niſi maritus ad inopiam
vergat, *l. 29. C. de J. D. l. 1. ff. ſol. matr. Nov. 97. c. 6.* Hoc caſu do-
tem ſequeſtrari oportet, quatenus ex ea mulier competens habe-
at ſolatium unâ cum ſua familia, *l. 21. §. 8. ff. ſol. matr. Feb. Fer-
rar. lib. 3. de Judic. præexercit. c. 8.* Ad inopiam autem vergere
quot modis dicatur notavit Paul. Matth. Wehner. *Obſ. præct.*
ſub voc. Arm werden, inter quos hi præcipuum ſibi tribuunt
locum: 1. ſi quis accepti & expenſi nullam habeat rationem, ſed
ſupra vires patrimonii ſumptus faciat, quem Cicero gurgitem &
voraginem patrimonii vocat, cui quotidie grandes ſumant
puktibus ollæ. 2. Si facilis ſit in fidejubendo. Is enim
dicitur malè uti ſuâ ſubſtantiâ. 3. Qui frequenter pecunias ac-
cipit ſub uſuris, eaſq; diu retinet. Uſuræ enim ſunt voraces, &
exhauriunt facultates hominum *Wehn. d. loc.* Breviter: quo-
cunq; modò maritus facultatibus labatur, uxori conſtante ma-
trimonio dotem repetere licet, *l. 24. in pr. ff. ſol. matr. l. 29. & l. 30.*
C. de Jur. dot. Bachov. ad Tr. de J. D. tb. ult. lit. a. Probanda ta-
men eſt paupertas mariti, nec ſufficit eam allegare, *D. Carpzov.*
Juriſpr. for. ad Conſt. Elect. 24. p. 2. d. 11. n. 4. Hodiernis moribus
propter inopiam vel caſum mariti, qui facultatibus negligenti-
â ſuâ, vel culpâ labitur, uxor exit è manu Viri, & fit inter Cor-

juges. separatio bonorum, ut seorsim uxori concedatur rerum
suarum administratio, absq; ullâ mariti autoritate, *Perez. prælect.*
in C. de J. D. n. 4. Quid, si constante matrimonio à marito dos
uxori sine legitima causa refusa sit? *vid. l. unic. & ad eam Perez.*
C. si dos const. matr. sol. Nov. 22. c. 39. Causas legitimas *l. 73. §. 1. ff.*
de J. D. l. 20. ff. sol. matr. exprimunt. Quid, si maritus non solvê-
do decesserit? Consultit mulieri *l. un. C. ne pro dot. mul. & c. &*
ad eam Perez. in Prælect.

LIV. Neq; modò doti hoc sequestrationis beneficium com-
petit, sed & si quando uxor ob mariti sævitiam secedat, & repeta-
tur, neq; maritus idonee de non grassando in eam caverit, se-
questranda interim erit, honestisq; hominibus committenda,
donec vel caverit maritus, vel tractabilior esse cœperit, id quod
ex c. 8. & c. 13. §. fin. extr. de restit. spoliat. abunde constat, ut du-
bitare frivolum sit, an interdum personæ sequestrari possint? Ma-
lè autem hoc probare nititur *ex c. 2. & c. 4. extr. de spons. duor.*
Wissenbach. Disp. de contr. quire perfic. §. 20. An verò eo casu
dos repeti possit, non immeritò quisquam dubitabit? Dubium
hoc tollere videtur *Papinian. l. 31. ff. de J. D.* quod si non divor-
tium, sed jurgium fuit, dos ejusdem matrimonii manebit. Quod
hic vocatur jurgium, *Ulpian. vocat fribusculum in l. 32. §. 12. ff.*
de donat. int. Vir. & ux. idem fortean est calor iracundiæ. Ne-
quaquam tamen remissio dotis facta pro concordia mariti con-
sequenda tenet *l. 27. ff. de Pa& dot. al.* Fallor autem an *Proverbiu*
speciem illud apud Martialem habeat:

Rabido nec perditus ore

Fumantem nasum vivi tentaveris urfi.

Sit placidus licet, & lambat digitosque manusque,

Si dolor & bilis, si justa coegerit ira,

Ursus erit, vacua dentes in pelle fatiges.

Sæpius namq; contingit nequam quosdam in cute maritos
(verba sunt *Oldendorp cl. 7. abt. 12.*) tam crudeliter sævire in u-
xores, ut absq; rixis & verberibus ne cibum quidem sumant, vel
naturæ, vel ebrietatis vitio insanientes. Ne verò monetæ hujus
maritis impune liceat uxores flagellis castigare, honestas tamen,
& modestas tam in factis, quam in verbis, ut solœcismum liceat
fecisse marito, *Justinianus Nov. 117. c. 14.* constituit tantum pro
hujus-

huiusmodi injuria ex alia sua dare substantia uxori etiam con-
stante matrimonio, quantum tertia pars antenuptialis faceret
largitatis. Interim leges non dimittunt morosas & perfrictæ fron-
tis uxores impunitas, *Oldendorp. d. loc.* Æquitas enim in paribus
causis paria jura desiderat, 2. *F. 54.* Inter mundi autem tædia nul-
lum importunius procaci foemina, & tacere nesciã, *Petrach. lib. 1.*
de R. U. F. dial. 67. E diverso nihil dulcius, quam cum foemina de se
dici gaudet: *Ἀλλυρὸν ἀκονὶ ἀπεκλυσσάτε ποτίμω λόγῳ.*

LV Mors ut omnia similiter solvit, *Nov. 22. c. 20. in pr. ibid.*
Gotthof lit. K. ita quoque præter divortium *l. 1. ff. de divort. ma-*
trimoniorum terminum expectat. Per hanc rotam temporalium
bonorum dominiavolvuntur, quodque est unius, fit alterius, mox
ab alios transiturum. Hinc vulgaris illa pullulat inter homi-
nes infania, ut fere omnes non coævus tantum, sed junioribus
quoque diutius se victuros putet. Tam inviti de morte suã cogitant
mortales, de aliena autem libenter, cum tamen contrarium age-
re esset utilius, *Petr. lib. 1. de R. U. F. dial. 110.* Miror autem nos
homines toties ludibrio habitos, quod sperandi consuetudinem,
& millies elusam credulitatem nesciamus exuere. Ut n. *Pe-*
rarch. d. loc. pergit, nemo tam senex est, qui non possit annum
vivere, nemo tam juvenis, qui non possit hodie mori. In viam!
Matrimonio morte viri consummato, ipso jure quidem
dominium dotis ad mulierem regreditur, possessio tamen non
una transfertur. *l. 23. ff. de acquir. vel amitt. posses.* Possessionis
enim & juris non exigua est differentia. Hinc notant feudi do-
minium in filium, vel feudi successorem ante factam à Domino
investituram intra diem & annum transferri, *Laudens. 1. F. 1. n.*
20. Cum adeo jure & legibus dos repetenda sit, *l. 9. C. sol. matr.*
hodie, sublatã à Justiniano rei uxoriæ actione, actio ex stipulatu
datur, ita ut stipulatione non supposita intelligatur ea fuisse ad-
hibita, multoque magis, si inutilis sit, valida efficitur *l. un. C. de*
rei uxor. act. cuius summam complexus est Justinian. *in §. 29. inst.*
de action. Nec tantum actio hæc est bonæ fidei, §. 2. sed & jure ta-
citæ hypothecæ gaudet, §. 1. *d. l. cap. 5. extr. de pign. & al. caut.*

LVI. Distinctè tamen hic procedendum erit. Non enim unii
& eidem dotis repetitio, nec quibus datur unã & eadem de causã,
nec uno & eodem modo competit, ut in singulis proprium.

E 3;

quid-



quiddam agnoscas. Si mulier dotem dedit, ei redditur, *l. 2. pr. ff. sol. matr.* si à patre profecta, patri, *d. l. ff. § 1.* licet sibi reddi stipulatus non sit. Habet enim tacitam ex stipulatu actionem, *l. un. §. 13. C. de rei uxor. act.* Tum quoque interest patris filiam dotatam habere, & spem quandoque recipiendæ dotis, *l. 71. ff. de evict.* Verum hoc casu pater non aliter, quam ex voluntate filix dotem petit, *l. 7. C. sol. matrim.* quæ videtur consentire patri, nisi evidentur contradicat, *d. l. 2. §. 2. Conf. l. 34. ff. sol. matrim.* Tacere enim medium quoddam est inter illa duo extrema: consentire & dissentire. Hinc Paulus in *l. 142. ff. de R. I.* qui tacet, irquit, non utique fatetur, sed tamen verum est, eum non negare. Quare si talis sub manibus est facti species, in qua neque expresse requiratur voluntas, neque contradictio, nulli extremorum applicandum erit: si secus, tunc si ex contumacia quis quasi digito compefcatur labella, præsumitur in sui præjudicium vel assentire, vel contradicere. Verum si minime ex contumacia taceat, distingvo. Aut enim actus est hujusmodi, qui possit eo etiam invito expediri, quo casu tacens in ea causa est, ut consensum præbuisse non videatur: aut vero de eo actu loquimur, qui explicari nequit, nisi expresso alterius consensu, cum actum contradicendo impedire possit, tunc inter expressam voluntatem & patientiam nullam comminiscitur jus nostrum differentiam. *vid. Mynsing. in Schol. ad Inst. quib. mod. jus pot. solv. §. 8. ad illa verba: non contradicente.* Et hoc intendere videtur Imp. Antoninus *d. l. 2. §. 2. sol. matr.* Adoptivum quoque patrem, si ipse dotem dedit, habere ejus repetitionem ait Julian. *l. 5. §. 13. ff. de J. D.*

LXVII. Quod dixi *ib. 56.* dotem à patre profectam voluntate filix à patre exigere, & quidem ideo, ne dote hac non recepta cogatur aliam dotem dare pro filia, cum sale est accipiendum. Interdum enim utilitate dotis & filix ita postulante ipsa filia de dote agere potest, quamvis dos à patre, cujus potestati subest, sit profecta, i. Si pater absit, nec quisquam ejus nomine experia- tur, veluti si ab hostibus captus sit, aut ob relegationem patri ibi esse non liceat, ubi dos petitur, aut, qui pro absente est, si sit furiosus. Hoc enim casu placuit actionem dari filix nomine Patris, ita tamen ut caveat, patrem rem ratam habiturum, *l. 22 §. 4. § 10. ff. sol. matr. 2.* Si pater præsens actionem movere nolit, Tunc enim

nim

nim futura lationis ex inopia viri sibi metum adimere potest, *Nov. 97. c. 6. §. 1.* Imo nonnunquam patri denegatur actio, si tam turpis persona sit, ut verendum sit, ne acceptam dotem consumat. Hoc enim casu officium Judicis interponitur, quatenus & filia, & patri competenter consulatur, *l. 22. §. 6. ff. sol. matrim.* Plura qui anhelat, adeat Donell. *Comm. Jur. civ. lib. 14. c. 6.*

LII. Extraneo dos restituitur (receptitiam vocat *l. 31. §. 2. ff. de mort. caus. donat.*) quoties dando in suam personam dotem stipulatus est, vel pactum fecit: sin minus, ipsi mulieri, quia tacite stipulata intelligitur, atque extraneus donasse magis, quam sibi aliquod jus non stipulando servasse, *l. un. §. 13. C. de R. U. A. Hug. Donell. Comm. Jur. Civ. lib. 14. c. 5. D. Kohl. de pact. dot. p. 1. n. 53. & seqq.* Notandum modo hic erit, quod licet initio dotis dandæ pater, aut extraneus dotans legem, quam velit, etiam citra consensum mulieris, dicere possit, postea tamen ipse super dote data in præjudicium s. damnum mulieris eam non consentiente pacisci nequeat. Jus enim in dote data ei quæsitum ipsa invita tolli aut minui non potest, *l. 7. l. 20. §. 1. ff. de pact. dot. l. 28. ff. de jur. dot.*

LIX. Res quæ in repetitionem dotis veniunt aliæ pondere, numero, aut mensurâ constant, aliæ æstimatæ, aliæ inæstimatæ in dotem datæ sunt. Quale autem sit, quod in singulis debeatur, tam accuratè explicavit Donell. *Comm. Jur. Civ. lib. 14. c. 7.* ut post eum mihi modestius sit tacere. Hoc tantùm subjiciam, dote æstimatâ data, si nuptiæ non sint secutæ, res ipsas, non earum pretium peti *l. 17. §. 1. ff. de Jur. dot.*

LX. In rebus immobilibus soluto matrimonio permissum est dotem statim exigere: in aliis rebus olim annua, bima, trima die, h. e. tribus pensionibus annuis, (Nam & tertiæ dotis pensionis Cicero meminit) *l. un. §. 7. C. de rei uxor. act.* hodie intra annum. *ibid. Oldendorp. tr. de usucap. & præscr. tit. de nupt. n. 3.* Hoc tempus ita servabitur in dote exigenda, nisi quid aliud convenerit, modò mulieris conditio non reddatur deterior, *l. 14. §. 2. seqq. ff. de pact. dot. al.* Eâ temporis intercapedine mulier ab hæredibus mariti alitur, si aliunde non suppetant alimentata. Interea in domo ac bonis mariti subsistere quin possit, & pignori incumbere suo, nullus omnino dubito, *Bald. Nov. tr. de dot. p. 8. privil. 6. n. 21.*

LXI.

LXI. Pro dote enira, dotalitio, ac rebus paraphernalibus ius retentionis mulieri competit, *arg. l. 29. C. de J. D. in tantum*, ut si vidua ab heredibus mariti ex possessione legitima fuerit dejecta, vel blandis sermonibus, quasi heredes ei statim dotem solvatur essent, periuata discesserit, ante omnia, tanquam spoliata, restitui debeat, *D. Carpzov. in Jurispr. foren. ad Const. Elect. 25. p. 2 d. 8.* Publicè enim interest, dotes mulieribus conservari, cum dotatas esse foeminas ad sobolem procreandam, replendamque liberis Civitatem maxime sit necessariam, *l. 1. ff. sol. matr.* Querit hic Gothofr. an ergo dotis privilegium cesset in muliere aenu, vel sterili nubente? Sic sane, inquit. Licet enim desinat in huiusmodi mulieribus sobolis favor, non tamen deficit matrimonii honor. Nec modo pro ipsa dote, sed & pro lucro dotali, quod ex pacto, testamento, vel statuto loci debetur, ubi maritus fixit domicilium, vidua iure retentionis gaudet, *Carpzov. ib. d. 9 n. 1.* donec satis ei fiat. Species enim executionis privatae est retentio, quae pluribus in casibus locum habet, quorum ratione lex Creditori tacitam prodidit hypothecam, *Neguz. de pignor. & hypothec. in 4. membr. secund. part. pr. & ex eo D. Carpzov. in Jurispr. For. d. l. d. 20. n. 1.* Finito autem iure retentionis vidua mediante inventario, vel juramento rationem administrationis reddere tenetur, *Carpz. ibid. d. 14.*

LXII. Haec omnia superstitè uxore obtinent, ut & legatum dotis. Plenius enim est legatum, quam de dote actio, *§. 15 l. de legat. ibiq; Iul. Pac.* Quae ita dos legatur, Graecis *ἀντιλέγα συθήσιον* dicitur, ut Dion. Gothofr. ad Theoph. *l. de Legat. §. 15* annotavit. Quid si mortua sit, relicto marito? Hoc casu dos à Patre profecta Patri redditur, ne & filiae amissae, & pecuniae damnum sentiat, *l. 6. pr. ff. de J. D. l. 4. C. sol. matr. l. 10. ff. eod.* Iud. duobus casibus accidit, ut quae soluto matrimonio mortua est, perinde habeatur, ac si in matrimonio esset mortua, ita ut Pater dotem à se profectam sibi salvam habeat, *Donell. Comm. jur. Civ. l. 14. c. 6.* Uno, si filia ab hostibus capta sit, *l. 10. pr. ff. sol. matr.* Alterum casum exprimit *l. 59. ff. eod.* Quid si filia relicta liberis mortua? Bulgarus ad Patrem, qui dotem dedit, dotem eo casu reverti putat, ut & praeter alios *Donell. d. loc. cum nihil distinguat l. 4. C. sol. matr. l. 6. pr. ff. de J. D. Perez. pralect. C. sol. matr. n. 5. D. And.*

And. Kohl. de pact. dotal. p. 1. n. 22. Limitat tamen D. Kohl. n. 23. in casu ubi Pater stipulatus est, ut in matrimonio sine liberis defunctâ filiâ sibi dos restitueretur. Tunc enim cum in unum solummodo casum, nempe cum filia decesserit sine liberis, pater stipulatus fuerit, censetur id actum, ut liberis superstitionibus filia defuncta dos retineatur. Textus est notabilis in l. 26. §. 2. ff. de pact. dotal. Martinus negat, quod Bulgar. & alii affirmant, cujus opinio favore liberorum prævaluit, inquit Gothofr. ad. d. l. 4. C. lit. i. Conf. Oldendorp. cl. 4. act. 26. sub defens. rei convent. n. 5. Rationes pro utraque parte pugnantes congestit D. Erasm. **Ungesaur Exerc Justin. 7. q. 7.** Bulgari tamen & aliorum sententiam non inique probans. Quibus autem actionibus dos sororis sine liberis mortuæ per fratres è pacto paterno obtineri possit colliges ex *Consil. Altorf. Conrad. Ritter sb. con. 114.* Cætera quæ de dote profectitia notatu digna erunt, offendes apud Donel. d. loc.

LXIII. Dos adventitia uxore rebus humanis exempta non cedit in lucrum mariti, sed ad mulieris hæredes ex stipulatu actio secundum sui naturam transmittitur, l. un. §. 6. C. de R. U. A. nisi sit aliud conventum, *ibid. iung. l. 18. C. de J. D. l. 19. C. de donat. ant. nupt.* aut extraneus expressim sibi reddi dotem pactus vel stipulatus fuerit, *vid. sb. 58.* Tacitam enim stipulationem minime fecisse videtur. l. un. §. 13. C. de R. U. A. Hoc scias, in multis Civitatibus Germaniæ (præsertim Noribergæ) talia esse statuta, quibus defunctâ uxore maritus lucretur certam portionem dotis, *Mynsing. Cent. 5. obs. 32. n. 3.*

LXIV. Cæterum quia actione ad dotem repetendam uxori utilisceat, annexumque huic jus tacitæ hypothecæ *sb. 55.* explicui: hic de jure $\pi\rho\omega\tau\omega\pi\rho\alpha\chi\iota\alpha\varsigma$ (ut vocant) agere libet. De jure Saxon. (inquit Carpzov. in *Jurispr. Forens. ad Const. Elect. 28. p. 1. d. 64.*) repetendæ dotis intuitu mulier Creditoribus anteriorem expressam hypothecam habentibus non præfertur. *Vid. eund. p. 1. Decis. illustr. Saxon. decis. 57. n. 1. 2. it. decad. 5. de jur. femin. singul. pos. 4.* Quid de jure Civili obtinere dixerim? Non tantum quoad Jus Saxon. sed & quoad Jus Civile res ita se habet, ex communi totius Imperii observantia, ut mulier omnibus Creditoribus priorem expressam hypothecam non agnoscentibus

F

præ-



præforatur. l. un. §. 1. C. de rei uxor. act. l. 29. ubi Gothofr. lit. e. C. de
jur. dot. Nov. 109. c. 1. ibique Gothofr. litt. p. q. D. Richter. Disp.
6. de jur. & privil. Credit. p. 139. licet aliud voluisse videatur Imp.
Justin. in l. 12. C. qui pot. in pign. Ex quo Dominic. Arum. Exerc.
Justin. 5. παρρησι. mulierem præferri etiam creditoribus expres-
sam anteriorem hypothecam habentibus anxie defendit: Sed
nostræ sententiæ nil minus obstat, quam favor dotis, cui alias
multum tribuitur, vid. l. 9. §. 1. ff. de Jur. dot. aut generalitas
textus in l. 12. C. qui potior. in pign. quam Petrus Barbosa tanto-
pere urget, referente Ant. Perez prælect. in C. de Jur. dot. n. 19.
Fallor enim an sanctioni Imperatoriæ nimium inhærentes ab
æquitate pariter & observantia, ne dicam à mente Imperatoris,
divortium faciant. Et usu abrogatam hodie esse illam Justiniani
Constitutionem ait Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 8. def. un. Insu-
per assertio nostra procedit, etsi mulier expressâ sibi hypothecâ
prospexerit, ut locum Creditoribus expressâ hypothecâ priori
fretis posteriorem obtineat, SchneideW. ad. §. 29. Inst. de actione.
Eo n. casu potior est jure, qui prior tempore fuerit, ex mente
Gothfr. ad l. 12. C. qui potior. in pign. lit. b.

LXV. Quid si mulier sciens viro jam antea obzato nubat?
Eam ratione dotis non gaudere prælationis privilegio affirmant
Carpz. in Jurispr. forens ad constit. El. 28. p. 1. d. 84. ut & Decad.
5. de jur. fem. singul. pos. 7. D. Richter Disp. 6. de Jur. & privileg.
Credit. p. 185. Treutl. Disp. de Jur. dot. th. ult. lit. a. Sed inhumana
Bachovio hæc videtur sententia, cum aliæ qualitates in ma-
rito esse possint, propter quas ipsi nubat mulier. Et ignoscen-
dum ipsi judicat, si postquam nupsit, potestati ejus subjecta do-
rem dare non recusaverit, cum præsertim in æstimatione bono-
rum falli, aut meliorem conditionem, aut emendationem mo-
rum sperare potuerit, cum nec ejus fuerit æstimare de prodiga-
litate viri, cui Magistratus non interdixit bonis, Bachov. ad
Treutl. d. l. Reliquos modos, quibus amittitur jus παρρησι-
mulieri alias concessum, strictim explicavit D. Richter cit. Disp.
6. de Jur. & privil. Credit. Jung. D. Carpzov. p. 1. Decis. illustr. Sa-
xon. decis. 58. n. 2. & seqq.

LXVI. Privilegium autem hoc non modò respectu dotis, sed
& ejus-

& ejusdem augmenti Nov. 97. §. 3. ibiquè Gothofr. lit. n. mulieribus competit, Perez prælect. in C. de jur. dot. n. 20. quod eadem dos dicitur, non nova. l. 4. ff. de Jur. Dot. Notetur autem, quod jus hoc *πρωτοπρωξίας* non à die contracti matrimonii, sed augmenti facti demum incipiat, per text. expressum in l. 19 vers. *jur. etiam hypothecarum C. de donat. ant. nupt.* Sunt & alia dotis privilegia, quorum nonnulla hætenus ratione propositi ordinis tetigi, reliqua ex Autoribus colligere licet, quorum scriinia compilasse hic mihi laudi non dixerim, ne librum, non disputationem scripsisse visus dicar *ἐν πρῶτῳ κσεγαμεταυ ναυδῶνεν.* Mynsing. viginti duo in favorem mulierum (ita loquitur) privilegia congestit *Cent. 3. obs. 3.* Campegius &c. plura recensent. Mulca etiam apud D. Carpzov. in *Jurispr. forens. & aliis* ejus scriptis hinc inde reperies.

LXVII. Unicum illud, quod inter prima numeraverim privilegia, locus hic postulare videtur. Confiscatis mariti bonis propter commissum crimen læsæ Majestatis (extra hoc enim in nullo alio crimine hodie confiscationem bonorum sibi locum vindicare probat D. Carpzov. in *præct. Crimin. p. 3. q. 135. n. 27. & seqq.*) uxor dotem suam illatam salvam habet, eamq; à fisco repetere potest, l. 2. C. *ne ux. pro marit. l. 24. C. de donat. int. vir. & ux. l. 5. §. 5. C. ad l. Jul. Maj. l. 22. C. de pæn. auth. bona damnat. C. de bon. proscript.* Mulier enim propter maleficium Viri non debet remanere indotata, *cap. 5. extr. de pign. & al. caution.* Ergò & portionem statutariam, si hanc eligere malit, consequetur, quod ex Gail. Dan. Moll. Roland. à Vall. & aliis nonnullis probat D. Carpzov. in *Jurispr. forens. ad Const. Elect. 20. p. 3. d. 23.*

LXIX. Consummato inter vivos matrimonio causam præbet divortium. Cum enim juxta Heracliti sententiam, quam Petrarch. in *præf. lib. 2. de R. U. F.* doctissimè enodavit, omnia secundum litem fiant, ne quid hic desit, multæ in Conjugio dissonantiæ, querelæ, & suspiciones amantium occurrunt, divortii fomites. Hodie non nisi malitiosâ desertione, & adulterio solvitur matrimonium, *Treutl. disp. de nupt. th. 8.* Propter has duas causas (inquit D. Hahn *Obs. ad ff. p. 2. de divort. & repud. n. 9.*) solvantur nuptiæ quoad ipsum vinculum: propter insidias

autem & inimicitias capitales, ut & sevitiā intolerabilem tantum nuptiæ quoad thorum & mensam solvuntur, quod semper fere spes reconciliationis subsit. Justissimam autem divortii causam esse adulterium quis negabit? Non enim omnes ejus sunt animi foeminae, cujus fuisse dicitur Lacæna quædam apud Plutar. *in Lacon. inst.* ubi ita lego: *Λακωνική τις προσέπεμψεν, εἰ φθορὰ συνεπιώσει. ἢ δ' ἔφη· παῖς μὲν ἴσα ἔμαθον τῷ πατρὶ παῖθεο δαίκα, καὶ τὸ ἔπραξα, γυνὴ δὲ γενομένη, τῷ ἀνδρὶ. εἰ δ' ἔν δικαίᾳ με παρακαλεῖ, τὸ τῷ φανερόν ποιησάτω πρῶτον.* Tanta erat priscis seculis matronarum castitas, tantumq; aberat ab ea, quæ post est infecuta, illarum licentia, ut adulterium fuerit prius apud eos incredibile, *Plutarch. d. loc.* Nunc in præcipiti vitia substitute sunt, imò quod apud veteres cothurno dignum scelus erat, multi hodie veniale peccatum judicant. Leges XII. Tabb. nocturna mulierum sacrificia sustulere, nec immeritò. Diligenter namq; providendum fuit, ut mulierum famam atq; pudicitiam multorum oculis lux clara custodiret, *Oldendorp. in expl. LL. 12. Tabb. cap. 6. de nocturn. mulier sacrif.* Fallor autem an Heliogabalus, cujus scelestam vitam descripsit Ælius Lamprid. ejusq; mater Semirama cum complicibus suis ab inferis redierat, eoq; libidinosiores in tenebris saltent, quod novum assumpserint nomen, animum servantes antiquum, & libidinis propositum humanitatis velo tegentes. Sed quis non cum Theognid, dicat:

Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα πρὸδρομον, ἀνδρα πὲ μάργον
Ὅς τὴν ἀλλοτρίην βάλει ἄεθραν ἀεθῶν

LXIX. Nequè enim leges, neq; jus animatum (ita vocat judicem *Aristot. lib. 5. Ethic. c. 7.*) adulterium volunt esse impunitum. Mulier fidem conjugii violans, ne ceteras hic memorem pœnas, alienas instituto meo, dotem amittit. *l. 8. §. 5. C. de repud. l. 11. §. 3. ff. ad l. Jul. Maj. c. 4. ext. de donat. int. vir. §. ux. nisi maritum adulterii quoq; reum peragat, l. 39. ff. sol. matr.* Iniquum enim esset ab uxore exigere pudicitiam, quam ipse non servat. An autem maritus cum soluta concumbens de Jure Civili committat adulterium quaritur? Affirmat hoc D. Fibig. *Disp. ult. Colleg. legal. qu. antepen. autoritate D. Carpzovii p. 2. prax. Crim. q. 52. n. 42. §. seqq.* Negantium plurimi sunt. Quid si viri le-

nocii-

nocinio mulier adulterium commiserit? Respondet *l. 47. ff. sol. matr.* Quid si maritus uxorem in adulterio deprehensam occiderit? *Vid. Treutl. de jur. dot. th. ult. lit. b. in fin. Conf. Bachov. ad Treutl. de success. ab intest. th. 6. lit. a.* Quid si citra causam adulterii? *vid. l. 10. §. 1. ff. sol. matr.* Sed utrum osculum impudicum legitimam atq; sufficientem adulterii commissi præsumptionem præbeat, in quæstionem venit? Affirmant hoc multi, quos recitat Joh. Harprecht. *Comment. in tit. Inst. de public. Judic.* Bachovius *ad Treutl. th. ult. lit. b. de jur. dot.* osculum hoc loco non quale, sed qua inducat adulterii præsumptionem intelligi ex Claro notavit. Sed liceat hic Bachovio petitionem principii objicere, quam ille objecit Treutlero *th. 4. lit. a.* Contraria sententia probatur Harprecht, quæ sustineri potest *ex Nov. 117. c. 8. vers. se de adulterio.* Minimè enim admittendæ in causis tam gravibus suspiciones leves, vagæ & incertæ, *D. Johan. Otto Tabor Racemat. Criminal. prtm. th. 45.* Tum etiam conjecturæ tunc demum locum veræ probationis in poenalibus merentur, quando à lege sunt receptæ. Nullibi autem in toto jure nostro osculum luxuriosum inter conjecturas à lege receptas ad probandum commissum adulterium connumeratur, *Harpr. d. l. ut & disp. ad inst. de adult. & stupr.* Imo hæc quæstio ut in Italia colorem aliquem habere possit, ita in Gallia, Belgio, & Anglia, ubi oscula non libidinis, sed officiorum signa sunt, ut columbare tutò liceat, omninò fuerit inepta, *Bachov. ad Tr. de jur. dot. th. ult. lit. b.* Cato olim ideo à propinquis foeminis osculum dari voluit, teste Plinio *lib. 14. c. 13.* ut scirent, an temetum olerent. Et ita oscula apud Romanos, ut Salm. *in not. ad Panciroll.* ostendit, ex malâ intentione introducta, postea ad signa amoris traducta sunt. Sed ut compendium verborum faciam: ut dos soluto matrimonio penes maritum maneat, conventio, & culpa mulieris efficiunt, *Donell. Comm. Jur. Civ. l. 14. c. 5. n. 10.* Sed ne fortean circa conventionem hic titubet, jungas velim *l. 12. pr. l. 2. ff. de pact. dot.* Et generaliter, quicquid est contra dotem, idem est contra utilitatem publicam, quæ in dote mulieri conservanda versari dicitur, *l. 1. ff. sol. matr.*

LXX. Quod dixi de muliere fidem Conjugii violante, id non obtinet in vidua. Hæc enim post mortem mariti stupro se con-

LF 3

tami-



terminans non rque amittit dotem, ac si vivo marito adulterum
secata fuisset *arg. Nov. 39. c. 2. §. fin. D. Carpz. in resp. jur. Elect. l.*
6. t. 10. r. 100. n. 4. Idem in jurispr. forens. ad Const. Elect. 21. p. 4. d.
7. Harprecht. Disp. ad Inst. de adult. §. sup. 1b. 12. Gotbofr. ad l.
11. §. 8. ff. ad l. Jul. de adult. lit. d. Perez. prelect. in C. sol. matr. n.
20. Si enim uxor usq; ad diem vitæ ultimum mariti fida fuerit,
quidni totum Conjugalis fidei munus impleverit? Et quis geli-
do cineri fidem poscat? Ita neq; vasallus cum vidua Domini de-
functi stuprum committens feudo mulctatur. Firmissimum e-
nim suppeditat argumentum textus *1. F. 21. Conf. Job. Avenar.*
Disp. 19. select. jur. Justin. quæstion. 17. Non tamen est extra repre-
hensionem mulier, quæ in corpus suum peccat, & infami stupro
defuncti memoriam violat, argumento esse potest *Nov. 39. c. 2.*
Imò quod remove liceat viduam stuprum passam ex Collegio
Opificum, in quo post obitum mariti remansit, ejus jure gaudens,
intrepidè affirmat *D. Carpzov. l. 6. t. 10. r. 100. n. 7. §. seqq.*

LXXI. Cum constet, quâ ratione maritus ob adulterium Con-
jugis dotem legitimè retineat, an hæredes mariti uxorem rectè
accusent adulterii quæritur? Et dicendum non videri, quia de
his, quæ maritus æquo animo tulit, hæredes queri non possunt
argum. l. 10. C. de revoc. donat. quæ hæredibus donatoris re-
vocare donationem ab ingrato donatario non permittit, &
nominatim adjicit, hæredibus adimi querimoniam primordium,
ut ostendat non nisi coeptam & præparatam querelam à defun-
cto licere pœnali judicio persequi, *l. 6. §. ult. ff. de inoff. testam.*
Deinde quia hæredes morum coercionem non habent, *l. 15 §. 1.*
ff. sol. matr. Quid enim tam absurdum, quam uxoris mores, qui
defuncto placuerunt, ab ejus hæredibus tanquam graviores ac-
cusari, cum maxime adulterii crimen & impudicitia injuria ma-
riti respiciat personam. Hoc tamen vulgo intelligitur, si vir no-
verat adulterium uxoris, & silentio dissimulavit. Nam si igno-
raverit, poterunt hæredes uxori adulterium obiicere, & causâ
cognita dotem retinere, cum testator ignorans jus suum non di-
catur perdidisse. Dissentit Barbos. teste *Perez. prelect. in C. sol.*
matr. in fin.

LXXII. Demum monendum erit, restituendam esse dotem
una

una cum fructibus, pro portione anni, quo solutum est matrimo-
nium, l. 11. l. 5. l. 6. l. 7. §. 1. & ad eam Donell. Comment. Jur.
Civ. lib. 14. int. caput. 7. §. 8. l. 31. §. fin. & passim. ff. sol. matr. l.
11. §. 9. C. de rei uxor. act. & reparatione damni, si quid dolo
aut culpâ mariti rebus dotalibus acciderit, l. 66. pr. l. 67. l. 25. §.
1. ff. sol. matr. l. 17. pr. ff. de Jur. dot. Imo & eam diligentiam præ-
stabit maritus, quam in suis rebus servat, in alienis is præstat,
qui eas res sua causa accepit, Goth. ad d. l. 17. lit. m. Maritum ta-
men in id, quod facere potest, condemnari exploratum est, l. 12.
ff. sol. matr. etiam si pactus fuerit, ne in id, quod facere posset,
condemnaretur, l. 14. §. 1. ff. d. t. Idem quoque socero, cum quo
nurus de dote agit, honor habetur. l. 15. §. 2. ff. d. t. Quid si ex pro-
missione à marito conveniatur socer? vid. l. 17. pr. ff. d. t. Cui di-
stinguendi gratiâ adde l. pen. ff. de Jur. dot. l. 21. l. 22. ff. de re judic.
Et ut in genere me explicem, in condemnatione personarum,
quæ in id, quod facere possunt, damnantur, non totum, quod
habent, extorquendum est, sed & ipsarum ratio habenda, ne
egeant. l. 173. ff. de R. I. Si tamen maritus tempore contracti ma-
trimonii (vel saltem socer) sciens se non posse dotem integram
reddere, illam accepit, vel habuisse confessus fuit, eo casu in so-
lidum tenetur, & beneficium competentia non habet, excipi-
ente Casp. Manzio rr. de patroc. debit. decad. 3. q. 8. n. 19. Pri-
vilegium enim competentia qui habent, per actionem ad ex-
tremam inopiam redigi nequeunt. Id. decad. 2. q. 9. n. 74. Si vero
iudex in iudicio dotis ignorantia iuris lapsus condemnaverit
maritum in solidum, exceptione doli se tueri potest maritus. l.
17. §. 2. ff. sol. matr. adde l. 41. §. 2. ff. de re iudic. l. 33. pr. ff. de donat.

LXXIII. Cum appareat, quod vice mutuâ ex causa dotis marito
aliquid præstandum sit, breviter de eo subjiciam. Fructus enim
dotis, & impensa in res dotales ab eo factæ marito debentur.
Illos quod attinet, æquitas suggerit, dotis fructum ad maritum
pertinere. Cum enim ipse onera matrimonii subeat, æquum est
eum etiam fructus percipere. l. 7. l. 10. §. 3. ff. de l. D. l. 20. C. eod. l. 7.
§. 15. ff. sol. matrim. Donell. Comment. Jur. Civ. l. 14. c. 8.

LXXIV. De impensis in rem dotalem factis tria quærentur:
quæ illarum genera, quas ex his marito consequi liceat, & quomo-
do eas

Do eas maritus consequatur. Impensarum alia ad fructus, alia ad perpetuam rei dotalis utilitatem pertinent. *l. 2. §. 1. ff. de impens. in res dot. fact.* Hæc partim necessariae sunt. *l. 1. §. 1. ff. eod.* partim utiles, *l. 5. §. ult. ff. eod.* partim voluptuariae. *l. 7. ff. d. t.* Hæc genera una explicat. *l. 76. ff. de V. S.* Impensæ necessariae dotis minuunt quantitatem *l. 5. l. 15. ff. de impens. in res dot. fact. l. 56. §. 3. ff. de J. D. l. un. §. 5. C. de rei uxor. act.* cum iis non factis dos minuatur *l. 14. pr. ff. d. t.* nisi impensæ sint modicæ, quas ferre debet, *l. 12. ff. d. t. tit.* Utiles consensu mulieris factæ actione mandati repetuntur, eoq; deficiente, actione negotiorum gestorum, *l. un. §. 5. C. de R. U. A. l. 8. ff. de impens. in res dot. fact.* De voluptuariis autem, quæ speciem exornant, fructum non augent, *l. 7. ff. d. t. l. 79. ff. de V. S.* tantum consequi potest maritus, quantum sine læsione rei dotalis tolli potest *d. l. un. C. l. 9. ff. de imp. in res dot. fact.* Deniq; cum hodie retentionum verboritas cum ob alias causas, tum etiam ob impensas necessarias & utiles in res dotales factas sublata sit constitutione Justiniani *l. un. §. 5. C. de R. U. A.* ne fortè hæc perirent marito, si his non deductis res dotales mulieri restitueret, ad eas persequendas actiones dedit *d. l. un. C.* aut potius ex ratione Juris communis idoneas actiones esse putavit, *Donell. Comm. Jur. Civ. l. 14. c. 8.* Quoad voluptuarias expensas deductio operis marito concessa est *d. l. un. C.* Nec tantum in æstimationem venire impensas mariti præteritas, sed & futuras, *Donellus d. loc.* asseruit.

LXXV. Cum dixerim retentionem ob impensas esse sublata, quia odiosa est, per quam sibi jus dicere aliquis videtur, an compensatio quoq; censetur sublata per Justinianum dubium est? Et videtur quod non, cum textus *d. l. un.* tantum loquatur de retentione, & aliud sit retinere, aliud compensare. Hoc siquidem est solvere, & obligationem actionemque absorbet, habetque locum in rebus fungibilibus: illud vero in rebus omnibus & obligationem actionemq; ultro citroque manere facit, cum retinens non tam id agat, ut se liberet, quam ut specificè debitum recipiat, quod ut facilius consequatur, rem debitoris retinet, quasi jure pignoris *Barbos. ad l. 6. §. 5. n. 3. ff. sol. matr. Perez prælect. in C. de R. U. A. n. 16. D. Habn. obs. ad ff. p. 2. tit. de impens.*

impens. in res. dot. fact. Costano dissentienti opponere libet. §. 30. junct. §. 29. *inst. de action.*

LXXVI. Dos data donationem propter nuptias meretur. *auth. dos data C. de donat. ant. nupt. ibique Gothofr. lit. b.* Uxor enim dare dicitur viro dotem, vir autem uxori donationem facere propter nuptias, *c. 6. extr. de donat. int. vir. & uxor.* Utraque veteribus non incognita fuit. Uxores enim apud antiquissimos etiam dotes dedisse constat. *ex lib. 6. iliad. Hom.* ubi Andromache *πολύδωρον* vocatur, i. e. quæ Hectori magnam attulit dotem. *Job. Spondan. Comm. in iliad. 9.* Imò Giphanius ex illo loco Homeri *iliad. 9.* ubi Theano uxori dicitur Iphidamas Antenorides multa dedisse, ut & ex eo, qui brevi sequitur, colligit, apud veteres non tantum uxorem marito dotem attulisse, sed uxori maritum quoque munera dedisse quæ *ἑδναι* vocat Vulcanus. *apud Hom. odyss. 8.* & quasi dotem, quæ in libris Juris Civilis donatio propter nuptias vocatur. Antipherna vocat *l. ult. C. de donat. ante nupt. Conf. Gothofr. ad l. 9. §. 3. ff. de J. D. lit. u.* Certe Tacitus de Germanis scribit: nisi à viro sponsæ dos fuisset soluta, nullum erat matrimonium.

LXXVII. Coeterum cum Ant. Pereziopraelest. in *C. de donat. ant. nupt. n. 4.* non negaverim, donationis propter nuptias conditionem hanc esse, quod uti dos ad maritum, ita & donatio hæc ad uxorem transeat, & in ejus sit dominio. *Jung. D. Henr. Hahn. obs. ad ff. p. 2. tit. de Jur. Dot. n. 11.* Non tamen ut maritus fructus dotis, ita uxor fructus rei donatæ lucratur. *Perez. ibid.* quod interim non probare videtur *per c. 8. extr. de donat. int. vir. & ux.* Quod enim maritus fructus dotis percipiat, est, quia solus onera sustinet matrimonii. *l. 7. ff. de Jur. dot.* Sed objicies, frustraneam esse hanc donationem, si non possit ex ea fructus percipere uxor, Certe non est frustranea, cum ideo detur, ut mulieri pro dote magis sit cautum. Si enim maritus ad inopiam vergat, aut dotem consumat, uxori permissum est donationem vindicare *l. 29. cum auth. seq. C. de J. D.* Huc spectat, quod etsi uxori omnia mariti bona sint tacite obligata, adeoque aliis Creditoribus præferatur, *l. 30. C. d. t.* tamen per hanc donationem melius ei sit prospectum, quam per tacitam hypothecam, cum vin-

G

dica



dicatio melior sit, quam hypothecæ obligatio. Denique ad hoc prodest, quod in rebus immobilibus donatione consistente non possit maritus eas alienare, ne quidem consentiente muliere, nisi transacto biennio iterum consentiat, sintque alia res mariti, ex quibus succurratur mulieri, *Nov. 61.*

LXXIIX. Utriusque non tantum quoad pacta *cap. 8. extr. de donat. int. vir. & ux.* sed & quoad quantitatem servandam esse æqualitatem innuit *Nov. 97. cap. 1.* licet hodie donationem constitui non sit necesse, quæ dotis æqualitati respondeat, ut multis offendit *Gvib. Costan. in fin. tr. de matrim.* imo hoc non tam ini- que, quam absurde constitutum esse fatetur *Donell. Comment. Jur. Civ. l. 14. cap. 9.* Interea non desunt, qui existimant dona- tionem ipso Jure constitutam intelligi *per auth. dos data. C. de donat. ant. nupt.* at verius, non tam ipso jure cense- ri constitu- tam, quam constituendam. *Perez. prælect. in C. de donat. ant. nupt. n. 8.* Donatio hæc an indigeat insinuatione clarum fecit *Perez. ibid. n. 9. D. Hahn. obs. ad ff. p. 2. tit. de pact. dotal.* Deni- que donatio propter nuptias, & sponsalitia largitas differunt, quod illa fiat perfecto matrimonio in dotis compensationem, reditura eo soluto; sponsalitia autem largitas sub conditione subsequenti matrimonii concipiatur, non tamen propter dotem, sed affectionem sponsi & sponsæ. *l. 16. C. de donat. ant. nupt.* at- que maneat penes accipientem, ita ut nunquam alienari aut revocari etiam testamento possit, *l. 8. C. d. tit.* Plura offen- des apud *Perez. d. loc.* Ut autem dotem & donationem propter nuptias probet Jus Civile, donationes tamen alias inter virum & uxorem nullas esse voluit, *l. 3. §. 10. ff. de donat. int. vir. & uxor.* *Conf. D. Schnobel. Disp. 14. ad ff. l. 26. Plutarch. questio. Rom.* Imo donatio inter virum & uxorem circa impensas (puta utiles vel necessarias) est inhi bita. *l. 12. §. 1. ff. de impens. in res dot. fact.* Originem & rationem prohibita donationis habes *in l. 1. l. 2. ff. de donat. int. vir. & uxor.*

LXXIX. Debetur in Foro Saxonico Viduæ dotalitium, et- iam si dotem promissam vivente marito non solverit, modò eam ipso defuncto unà cum usuris etiamnum offerat, *D. Carpzov. de-*

defn. forens. p. 2. c. 44. d. n. Hoc tamen ad eum non debet exten-
di casum, quo maritus obaratus decesserit, multis relictis Credi-
toribus. *Carpzov. ibid d. 13. n. 2* Sic enim sumus viduis in iustitia
debitores, ne ab aliis iniustitiæ arguamur, c. 11. *extr. de for. comp.*
De Jure Civili viduam plane non audiendā existimem *per. text.*
in. auth. dos data sub fin. C. de. donat. ant. nupt.

LXXX. Quod superest, dotem conferunt filix, cæteræq; de-
scendentes, non modo profectitiam, sed et adventitiam. l. 17. l.
19. *C. de collat.* si modò tractetur de successione matris aut alte-
rius ex linea materna cognati, à quo dos sit profecta, d. l. 17. *C.*
Nec obstat, uti quidem muginatur Arnold. *Corvin. aphorism. ad*
ff. de collat. dot. per. l. ult. C. de collat. quod adventitia jure novo
non conferantur, dosq; à matre, aut alio ascendente materno
profecta sit adventitia. l. un. §. 13. *C. de R. U. A. l. 5. ff. de jur. dot.*
Nam hoc quidem verum est quoad materiam dotis *sec. not. D.*
Hahn. observ. ad ff. p. 2. tit. de collat. honor. n. 5. At hic in materia
collationis, sive quoad jura & causam conferendi dos ista quasi
profectitia censetur, *D. Hahn. ibid. Et tit. de collat. dot. n. 1.* Reli-
qua quæ circa hanc materiam notatu digna hinc inde tractan-
tur, ex ipsis haurire licet *Jctorum Commentariis*, non omnia
hæc charta capere potuit, imo nec debuit. Ut in magna sylva
boni venatoris est feras quamplurimas capere, nec cuiquam cul-
pæ fuit, non omnes cepisse: idem hic esto. Non enim sum, qui
putem, unum me litare in hoc sacro. Eò minus eos imitari li-
buit, qui omnia pollicentur, quasi omnium, quorum titulos te-
nent autorum, eorum quoq; notitiam sint adepti. Si error aut
somnia me alibi habet, quid mirum in homine?

Αἰὲν ἂν γὰρ πῶς ἐστὶν αὐτῶν ἔμμεναι αἰὲν

Ἀνδρῶν 85.

Hom. Odys. 19. circa fin.

Colophonem addet Camillus. Hic enim interrogatus, cur filio,
quem habebat unicum, Conjugem non eligeret, unde & illi in ju-
ventute vita tranquilla, & in sen o quies speranda esset: Ego, inquit,
uxorem filio meo neq; de, neq; daturus sum, quia filias alii m'hi
divites, alii nobiles, alii juvenculas, alii pulchras obtulerunt; at
qui filiam se virtute præstantem daturum diceret, nullus fuit. Sa-

me

ne Camillus sicut triumphum rebus fortissimè gestis meritus est,
ita memoriam verbis, quæ protulit, sempiternam meretur, *Gue-*
var. in Horol. Princ. l. 2. cap. 11. Igitur, quod in Parentibus est, o-
ptimum dotis genus fuerit, sic filias formare, ut vel absq; dote re-
cto iudicio placere valeant atq; amari, modo sciant *ἔν οἰκῆν οἶκον,*
ut Plutarch. loquitur *in inst. Lacon.* & sit *ἀμφοτέρων πρῶτος.* Patri-
monium namq; parentum duplex: alterum ex rebus pereunti-
bus, quod fortuna moderatur, alterum quod extra fortunæ
regnum procul in tuto positum lædi nequit, ut merito excla-
mem:

DIVITIÆ NULLÆ CERTIORES, QUAM
QUÆ ANIMO POSSIDENTUR;




DA A 6620

ULB Halle 3
002 937 557



EL DA





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

+2.

TATIO
DE

OTIUM

UAM

TE DEO
OBILISS. Jctor.

DINIS

RÆSIDIO

NSULTISS. EXCELLENTISS.

R I

DI SUEVI, JCTI

N ACADEMIA WITTE-

MI, CURIÆ ELECTORAL.

CE ATQ. SCABINATUS

MINENTISSIMI.

ET PRÆCEPTORIS

DEVENERANDI

US DEFENDET

CH COCH.

D - MECKLENB.

TOR.

M. MART.

RIO JCTORUM.

EBERGÆ,

en. Anno M DC LIV.

